



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

Liber CLXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)



S. CAROLUS BORROMÆUS
Sclopeti ictu feritur.
(L. A. P.)

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ LIBER CLXX.



PIUS V. PONTIFEX MAXIMUS,
 MAXIMILIANUS II. OCCID. IMP.

§. I.

Continuata Michaelis Baji Historia.

Ceterum ob tumultus, quibus aliunde Belgium adeo accerbe agitabatur, nonnihil interrompebantur altercationes, quæ olim inter Michaelem Bajum, Hesselium, & utriusque
Hist. Eccles. Tom. XLVIII. A ad

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

Bajana t. 2.
pag. 196.

Sæcul. XVI
A. C. 1566

adversarios fervebant: interea autem Bajus iterato prælo subjecit a se editos de Justitia, justificatione, & sacrificio libellos, qui anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio Lovanii primum excussifuerant: insuper eis adjunxit libros *de peccato originis, de charitate, de indulgentiis, & de oratione pro defunctis.* Tertio post anno Parisiis prodierunt *Loci Catholici Francisci Horantii, Hispani Minoritæ:* porro hoc opus plurimum displicuit Bajo, qui plurimas propositiones Pelagianam hæresin sapientes se ibidem detexisse jactabat. De cetero sub idem tempus Patres Societatis atrox bellum indixere Universitati Lovaniensi, nam iidem quarta Julii die Facultati Theologicæ, quam illius Magistris in se invicem pugnantibus divisam, & aliis negotiis intentam cernebant, primitus exhibuerunt literas indulti, quo a Romanis Pontificibus fuerat Societati concessa facultas eos, qui studiis incumbunt in Jesuitarum Gymnasiis, creandi Baccalaureos, Licentiatos, ac Magistros, ceu Doctores, si contigerit, quod eos *gratis* admittere nollent Rectores Academicarum. Hujus Privilegii virtute Societatis Provincialis, & Rector postularunt a sacra Facultate Lovaniensi, ut nonnullis, qui laurea donandi tunc tempo-

temporis erant, ea gratis concedere-
 tur. Facultas hoc petatum repulit, &
 Decanus tot, tamque urgentia protu-
 lit argumenta pro Facultatis juribus,
 ut Provincialis, & Rector nihil habue-
 rint, quod opponerent.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

§. II.

Baji condemnatio Romæ agitata.

Interea æmuli Michaelis Baji illum
 Romæ damnari toto studio urgebant;
 vix enim Pius V. Divi Petri Cathedram
 conscenderat, cum a Cardinale Gran-
 vellano stimularetur, ut hujus Theo-
 logi, necnon Joannis Hesselii libros
 examini subjiceret, ac desuper ulti-
 mum judicium ferret: insuper illi, qui
 priores sententias Pio IV. denunciave-
 rant, addiderunt alias plures, quas tam
 ex posterioribus, quam prioribus ejus
 opusculis excerptas, & collectas asse-
 rebant; porro eas omnes numero
 septuaginta sex Pio V. exhibuerunt, in-
 stantes vehementissime, ut eas proscri-
 beret, ad quod promptius obtinendum
 Minoritas delatores non parum adju-
 visse creditur Pater Montaltius, qui
 a Pio V. in Fratrum Minorum Genera-
 lem recens electus, postea nominaba-
 tur Cardinalis; hic enim eo majori cum
 fervore judicium urgebat, quo certius
 potentissimos Baji adversarios cerneret

Bajana l. c.

Sæcul. XVI esse pariter Ordinis sui alumnos: ideo
A. C. 1566. hi Religiosi duos e suis, videlicet P. Pe-
 trum le Roy, qui Mariæ Austriacæ,
 Reginae Poloniæ fuerat a Confessionibus,
 & P. Theodorum a Leodio, qui
 apud Ducem Albanum gratiam invenerat,
 ad Regem delegavere, in id incumbentes,
 ut hic quoque caussæ hujus æquitatem
 promovere vellet: interea vero Pius V. Baji
 libros Theologis examinandos tradebat.

§. III.

Papæ Nepos in Cardinalem creatus.

*Ciacon. t. 3.
 pag. 129.*

Hic idem Pontifex die sexta Martii
 duntaxat unum, qui erat Michael
 Bonellus Ordinis sancti Dominici
 Religiosus, ac Papæ ex sorore nepos,
 purpura decorabat, quamvis hoc anno
 sacrum Collegium jam sextum Cardina-
 lem vita functum luxisset.

§. IV.

Francisci Gonzagæ Cardinalis obitus.

*Ciacon.
 pag. 934.
 Cabrera l. 4.
 cap. 22.*

Inter Cardinales hoc anno vivis ere-
 ptos primus numerabatur Franciscus
 Gonzaga Ferdinandi Ariani Principis,
 & Isabellæ Capuanæ Molfetæ Filius,
 ac proin Nepos Cardinalis Herculis
 Gonzagæ, qui inter Pii IV. Legatos ad
 Concilium Tridentinum destinatos pri-
 mus erat, ac inter alios fratres suos
 habe-

habebat Cæsarem Ariani Principem, & Joannem Vincentium Melitensem Equitem, quem postea Gregorius XIII. sacra purpura insignivit; porro Franciscus cum jam teneris ab annis eximia suæ virtutis, pietatis, morumque integritatis specimina edidisset, ac in scientiarum, præcipue vero forensium rerum intelligentia emereret, a Pio IV. Gonzagarum Familiæ affini ex Aquæ nigræ Abbate, & Protonotario Apostolico Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, & mox Presbyter S. Laurentii in Lucina, ac Provinciæ Campaniæ Legatus Mense Februario Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo creatus est: obtinuit insuper Archiepiscopatum Cosentinum in Apulia, quem tamen nonnisi quatuor annis rexit, postea vero Thomæ Tilefio cessit, dum ipse die duodecima Januarii Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto ad Mantuanum Episcopatum electus fuit, quem etiam exiguo admodum tempore tenuit; obiit enim die sexta Januarii Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, ætatis suæ nonnisi vigesimo octavo, cujus manibus Leonardus Malaspina oratione funebri parentabat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

§. V.

Francisci Crassi Cardinalis extrema.

*Victorel in
add. ad
Ciacon. t. 3.
pag. 987.*

Alter erat Franciscus Crassus Mediolanensis, ac Petri Antonii celebris Jurisconsulti Filius, qui originem duxit ex antiqua, ac nobili Mediolanensium familia, ex qua diversis temporibus, tres ipsius civitatis Mediolanensis Episcopi, Thomas, Alipertus, & Landolphus florere, quorum primus etiam Divorum Catalogo adscriptus est. Porro ineunte ætate Franciscus primos annos literis, ac præsertim jurisprudentiæ impendit, unde tam præstanti forensium rerum cognitione excelluit, ut Mediolanensis Senator Ducalisque Fisci Præses, regiusque Consiliarius fuerit nominatus: ubi etiam duxerat uxorem, qua tamen orbatus a Pio V., cui adhucdum Cardinali Franciscus veteri amicitiae jure junctus erat, Romam accersitus ex Protonotario Apostolico, & Bononiensis Urbis Governatore Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Diaconus Cardinalis S. Luciae, dein sanctæ Cæcilie Presbyter renunciatus est, interfuitque Comitibus Pii V., quo regnante Romæ hoc anno die prima septembris annum agens sexagesimum sextum e vitamigravit. Hic idem in
funere

funere Caroli V. Cæsaris, a quo pluri-
 mi habitus inter Senatores adlegeba-
 tur, eloquentissime perorabat, tum
 vero nondum sacræ militiæ adscriptus
 erat.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

§. VI:

Joannes Suavius Cardinalis mortuus.

Tertius erat Joannes Suavius Gallus
 ex Vasconum Provincia in quodam
 Pago Rieumes dicto Anno post Virginis
 partum millesimo quingentesimo tertio
 natus. Hic ob jurisprudentiæ tam sa-
 cræ, quam profanæ eminentiam Rotæ
 Romanæ Auditor, Mirapicensis Epi-
 scopus, ac denique a Paulo IV. gra-
 vissimis negotiis præfectus, Mense De-
 cembri Anno supra millesimum quin-
 gentesimo quinquagesimo quinto Pres-
 byter Cardinalis tit. sancti Joannis ante
 portam latinam nominatus est, quo
 tamen titulo jussu Pii IV. mutato illum
 sanctæ Priscæ obtinuit, atque ab eodem
 Pontifice Inquisitionis Tribunali præ-
 positus sancti Didaci Hispani Canoni-
 zationem promovere jubebatur. Tan-
 dem die vigesima nona septembris An-
 no post Christum natum millesimo quin-
 gentesimo sexagesimo sexto, postquam
 sexagesimum tertium ætatis suæ an-
 num expleverat, ex calculi doloribus
 Romæ obiit, sepultusque est extra Ec-
 clesiam

Ciacon. t. 3.
 pag. 850.
 Aubery vie
 des Cardin.

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

clesiam sancti Spiritus de Saxia; verum ejus familiaris, ac testamenti executor Scipio Rebiba, qui Cardinalis Pisanus nuncupabatur, ejus corpus ab Ecclesiæ ingressu ad majus altare transferri, marmoreoque sarcophago imponi curavit addito quodam Epitaphio. De hoc Cardinale narratur, quod is quondam, cum adhuc Rotæ Auditor esset, & munere suo fungens civilem causam, ac controversiam in Joannis Petri Cardinalis Carraffæ, postea Pauli IV. favorem juste diremisset, ex ducentis aureis, quos ei hic submiserat, duos tantum retinuerit, atque hujus pecuniæ bajulo dixerit: *Hi duo tantum mihi debentur: reliquos Cardinalis habeat.*

§. VII.

Crispi Cardinalis mors.

Ciacon. t. 3.
pag. 706.
Ughel. Ital.
Sacr.

Quarto loco recensendus venit Tiberius Crispus patria Romanus Pauli III. ante Pontificatum familiaris, ac Constantiæ Farnesiæ frater naturalis, porro is anno a partu Virginis millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo pridie Kalendas Februarii primam lucem aspexit, ac jam in primis juventutis suæ annis animum ad literas ad eo propensum ostendit, ut brevi uberimos eruditionis suæ fructus proferret, nam mira etiam in consiliis inveniendis

niendis facilitate, ingenii acie, ac memoriae firmitate pollebat, hisque dotibus clarus benevolentiam Cardinalis Farnesii sibi conciliabat, a quo etiam ad summum Pontificatum euecto arcis Perusinae Praefectus, ac postea Urbis Gubernator creabatur: cum autem adhuc ad ampliora destinatus esset negotia, Romam accersitus Arci sancti Angeli praeficiebatur, Basilicaeque Vaticanae Canonicus eligebatur, ac denique ab eodem Pontifice Anno reparatae salutis millesimo quingentesimo quadragesimo quarto renuntiabatur Cardinalis Diaconus tit. S. Agathae, necnon Umbriae Legatus: regnante autem Julio III. Cardinalibus Presbyteris titulo sanctae Mariae Transtyberim accensebatur: insuper etiam Amalphitanum Archiepiscopatum in Neapolis regno, necnon Nepesinum, & Sutrinum Episcopatum in Etruria obtinuit, postquam per triennium Suesanensem Ecclesiam rexerat: tandem autem Sutri die Dominica, decima quarta Octobris anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto aetatis suae anno sexagesimo nono mortalitatem exiit. Intererat sacris comitiis, in quibus Julius III. Marcellus II. Paulus IV. Pius IV. & Pius V. in Romanos Pontifices fuerant electi.

A 5

§. VIII.

Sæcul. XVI.

A C. 1566.

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

§. VIII.

Ferrerii Cardinalis fata.

*Ciacon. t. 3.
pag. 923.
Augustin.
Ventura in
elog. Card.
Ferrar.*

Quintus erat Petrus Franciscus Ferrerius Pedemontanus, qui Bugellæ prope Vercellas natus Patrem habuit Geofredum Casalim Valoni Dominum, & Mediolanensis Senatus pro Francisco I. Præsidem: porro idem fuit Joannis Stephani Bononiensis, & Bonifacii Eporediensis Episcoporum, ac Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium nepos, & Philiberti item S. R. E. Cardinalis frater, qui a Paulo III. Romano Pontifice ex Pinaroliensi, & S. Stephani de Cittadella de Vercellis Abbate cum Romanam Curiam sequeretur, post Bonifacium Ferrerium vigesima die Decembris anni millesimi quingentesimi trigesimali sexti Episcopus Vercellensis electus est, quam Ecclesiam ad pristinam restituit dignitatem, dum in ea novem Sacerdotia, quæ Cappellaniæ dicuntur, instituit, & dotavit, ac palatium Episcopale reparavit. Sub eodem Paulo III. Pontifice, unacum Bonifacio Cardinale Eporediensi Episcopo, ac Patruo suo, qui erat de latere Legatus, Bononiam Pro-legatus mittebatur: porro cum Concilio Tridentino interesset, quædam in suæ Diæcesis utilitatem salubriter scripsit, ea-
que

que decreta Vercellas transmisit, ubi pro
 juvenum Clericorum institutione Se-
 minarium erexit. Postea a Paulo IV.
 adjugebatur Carolo Cardinali Carraf-
 fæ Legato ad Philippum II. Hispaniæ
 Regem in Belgium eunti: sub Pio vero
 IV. cum apud Venetos Legatione fun-
 geretur, Presbyter Cardinalis S. Cæ-
 sarei in Palatio primum, & dein S. Agne-
 tis in Agone, ac postea S. Anastasiæ
 die vigesima sexta Februarii Anno Sa-
 lutis nostræ millesimo quingentesimo
 sexagesimo primo renunciatus est, quar-
 tusque suo generi purpuræ honorem at-
 tulit: Anno autem sequenti suum Epi-
 scopatum in Guidonis Nepotis sui iti-
 dem Cardinalis favorem dimisit, inter-
 fuitque comitiis, in quibus Pius V. Ro-
 manus Pontifex nominatus est. Obiit
 tandem Romæ die duodecima Novem-
 bris Anno Christi millesimo quingen-
 tesimo sexagesimo sexto, annos natus
 sexaginta tres.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

§. IX.

*Francisci de Mendoza Cardinalis
 obitus.*

Denique postremus, ac sextus erat
 Franciscus de Mendoza natione
 Hispanus patria Conchensis, Didaci
 Marchionis de Cannete, ac Isabellæ
 Bobadillæ Filius, qui Ferdinandi Pin-
 ciani

Ciacon.
 pag. 699.

Sæcul XVI.
A. C. 1566.

ciani magisterio usus, tantum in literis
progressum fecit, ut absentis sui Ma-
gistri vices subire, atque in Academia
Salmanticensi ipsius loco non semel
prælegere valeret, unde meritorum
suffragio ex Toletano Archidiacono Epi-
scopus, primò Cauriensis, deinde au-
tem a Paulo III. ad Caroli V. Impera-
toris preces Presbyter Cardinalis sanctæ
Mariæ de Ara cœli renuntiatus est, quo
tamen dimisso titulo illum sancti Joan-
nis ante Portam Latinam, ac paulopost
sancti Eusebii adoptabat: insuper rexit
Burgensem Ecclesiam: defuncto autem
Francisco Toletano, qui fuit Senarum
Gubernator, anno Incarnationis Do-
minicæ millesimo quingentesimo quin-
quagesimo quinto a Philippo II. Hispa-
niarum Rege hanc urbem administrare
jussus, illius clavum tenuit, donec ipsa
urbs Cosmæ Medicæo Florentiæ Duci
addiceretur: demum ab eodem Rege
seligebatur, ut Ronevallis Elisabetham
de Francia futuram Philippi sponsam
exciperet, qua legatione defunctus ad
suam Diæcesin secessit, ubi cuncta mi-
nisterii sui munia explere unice inten-
tus erat, vitamque a turbulentis aulæ
negotiis segregatam ducens, inter e-
ruditos Viros quietem, sacrumque a
laboribus suis otium coluit, maximam-
que in Græcis Codicibus undique con-
quiren-

*Gonzal. Da-
vill. in theat.
Episc. Burg.*

quirendis operam navavit; præterea, ut testatur Bibliothecæ Hispanæ Scrip-
tor, Genealogias illustrium Hispaniæ
Familiarum conscripsit, & tandem an-
no ætatis suæ quinquagesimo octavo, ut
in ejus epitaphio expressum legitur, die
tertia Decembris Anno post Christum
natum millesimo quingentesimo sexa-
gesimo sexto in Burgenfi civitate deces-
sit, cujus tamen corpus Concham de-
latum in Mendozarum tumulo, quod
in Ecclesia Cathedrali erectum erat, re-
ponebatur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

§. X.

Bartholomæi Latomi extrema.

Eodem hoc anno millesimo quingen-
tesimo sexagesimo sexto plures Au-
thores Catholici, Theologi, Juriscon-
sulti, aliique viri vivis erepti sunt, quos
inter primus est Bartholomæus Lato-
mus Parisiis Professor Regius Anno Do-
mini millesimo quadringentesimo octo-
gesimo septimo Arluci in Lucembur-
genfi Diæcesi natus. Hic latini sermo-
nis peritissimus, idem idioma Treviris,
Colonix, & Friburgi, ubi præcipuum
erat Collegium, tradebat, atque Anno
a Christi Nativitate millesimo quingen-
tesimo trigesimo quarto Parisios dela-
tus est, ubi in Collegio regio, quod
Franciscus I. Galliarum Rex erexit, ar-
tem

Valere
Andre in
Bibl. Belg.
Dupin Bibl.
des Auth.
Eccl. t. 16.
pag. 41.
et juv.

Sæcul. XVI.
A.C.1566.

tem Rhetoricam docuit cum eximia nominis sui fama, qua Budæi, Erasmi, aliorumque sui ævi Doctorum benevolentiam sibi promerebatur, adeo, ut cum eis arcta amicitia junctus evaderet: postea juvenis adhuc Ciceronem, Terentium, Horatiique carmina, necnon plures alios profanos Authores notis illustrabat, nec pauca Rhetorices opuscula elucubravit: Anno autem Domini millesimo quingentesimo quadagesimo tertio in Germaniam secessit, ubi Protestantium libris singulari studio discussis, eos confutabat, editis quibusdam dogmaticis libris, ex quibus primus erat responsum ad Martinum Bucerum, in quo quatuor stabilivit capita, scilicet Communionem sub una specie, & Invocationem Sanctorum necnon Cœlibatum Presbyterorum, atque Ecclesiæ auctoritatem: divulgato hoc libro, Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quadagesimo quarto Bucerus quidem respondere nitebatur, mox autem Latomus illum circa eadem capita refellebat: porro cum Latomus in suo opere asseruisset, quod primitiva Ecclesia id, quod Christus, & Apostoli quoad communionem sub utraque specie exercuerunt, tamdiu conservavit, donec a Patribus edocta deprehenderet, quod
ambæ

ambæ hæ species folis Presbyteris con-
 venienter dentur, ac populus unica
 specie contentus sit: hanc doctri-
 nam quidam Lutheri hæresi infectus,
 qui Joannes Andre vocabatur, erat
 que Coppingensis Minister, impugnabat:
 Latomus sententiam suam egregie
 tuebatur edito libello, cui titulus:
*Tractatus de docta simplicitate, Calicis
 usu, & sanctæ Missæ Sacrificio*, ubi
 demonstrat, ipsius conatus eo fuisse
 directos, ut ostenderet, quod disciplina
 progressu temporis magis perfecta red-
 di possit, quin Ecclesiam erroris ex eo
 insimulare intenderit, eoquod hunc
 usum immutarit. Divulgabatur hic tra-
 ctatus Anno reparatæ Salutis millesi-
 mo quingentesimo quinquagesimo nono,
 cui aliud adhuc adjunctum erat opus
 de Eucharistia, sanctoque Missæ Sa-
 crificio: postquam vero Petrus Dathenus
 Yprensis Franciscanus, qui a vera
 fide defecerat, plures injurias, & con-
 vitia in Catholicos editis libellis evo-
 muisset, Latomus cunctas hæc falsas
 criminationes Anno a partu Virginis
 millesimo quingentesimo quinquagesi-
 mo sexto confutabat libro typis excu-
 so, cui titulus: *responsum ad Dathenum
 Franciscanum Apostatam*: insuper hic idem
 Scriptor plures reliquit epistolas ad
 Sturmium de schismate, ac Germaniæ
 Eccle-

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

Sæcul. XVI. Ecclesiarum statu datas, quæ unacum
A.C. 1566. ejusdem Sturmii literis Anno Incarnati-
 onis Dominicæ millesimo quingentesi-
 mo sexagesimo sexto, quo Latomus
 Confluentiæ plusquam octogenarius
 obiit, Argentinis literis excusæ pro-
 dierunt.

§. XI.

Georgii Cassandri fata.

Thuan. l. 28. Alter erat Georgius Cassander Brugen-
36. & 38. sis, seu potius in Insula Cassandra,
Dupin. l. c. a qua & nomen mutuavit, prope Bru-
pag. 42. gas Anno Christi millesimo quingente-
Valere l. c. simo decimo quinto natus. Hic Bru-
 gis, Gandavi, & aliis in locis huma-
 niores literas cum maxima laude tra-
 didit, & totum sese explicandis fidei
 controversiis sacravit, ac præprimis
 hanc in rem de officio viri, qui pie-
 tati, & publicæ tranquillitati in hoc
 Religionis dissidio studere cupit, opus
 edidit, cum autem hic liber Anno mil-
 lesimo quingentesimo sexagesimo se-
 cundo typis impressus primo in Gal-
 liis nonnisi cura Francisci Balduini pro-
 diret, atque hic idem primus eundem
 in Franciam invexisset, suppresso Cas-
 sandri nomine, hinc illius Author cre-
 debatur Balduinus, quo etiam errore
 deceptus Calvinus livido admodum ca-
 lamo adversus eundem scripsit: ast cum
 Bal-

Balduinus innocentiam suam vindicaret, Cassander tum se genuinum hujus partus patrem declarabat, editoque libro intra moderationis limites opus suum tuebatur, quamvis antea Calvinus cum maxima vehementia, & livore illud impugnasset. Pariter Joannes Hesselius, Robertus Canalis, & Bredenbachius adversus eundem Cassandri tractatum calamos suos stringebant: hujus tamen libri Auctor jure merito sibi comparabat nomen Viri moderati, atque ad sedandas Religionis dissensiones ex ceteris omnibus aptissimi. Progressu temporis idem Cassander, postquam Brugis dudum scientias tradiderat, a Guilielmo Cliviensi Principe accersebatur, ut Anabaptistarum causam dijudicaret, quamobrem aliquamdiu Duisburgi morabatur, ubi etiam agebat, cum ad eum Ferdinandus Imperator Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto die vigesima quarta Junii literas daret, quibus illum Viennam ad se vocabat, hortatus, ut Protestantes ad concordiam revocare satageret: ast adversa valetudine pressus hoc iter aggredi præpediebatur, unde Cæsar iteratis literis eum rogabat, ut Christianæ doctrinæ Synopsis conficeret, in qua præter avitos fidei Catholicæ articulos semper ubique receptos

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. B etiam

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

etiam prolixius illos hodiedum contro-
versos explanaret: itaque Cassander ad
Cæsaris sententiam elucubrabat cele-
brem illum tractatum, cui titulus: *Con-
sultatio de articulis inter Catholicos, &
Protestantes controversis.* Hoc opus ad
Maximilianum II. transmiserat, eo quod
tunc, cum eidem Cassander ultimam
manum admoveret, Ferdinandus jam-
jam vivis ereptus esset: porro hæc e-
lucubratio postremus erat Cassandri
partus, qui hoc anno tertia Februarii
die e vita migravit, postquam quinquaginta duos ætatis suæ annos, quinque
Menses, & decem dies expleverat.

Hic vir præter vastam sacrarum ré-
rum cognitionem raro animi candore,
ac profunda humilitate inclarescebat,
quamvis forte ob immodicum hæreti-
cos revocandi, pacemque Ecclesiæ red-
dendi studium plus æquo Protestanti-
bus indulgeret, semper tamen fide in-
mota Catholicæ Ecclesiæ communioni
addictus permansit, declaravitque, quod
omnia Ecclesiæ judicio submitteret, pa-
lamque schismatis Authores, eorum-
que præcipuos errores damnaret. Ce-
terum Vir erat animo lenis, in adver-
sis patiens, atque ab omni proprii quæ-
stus studio plurimum alienus: in sin-
gulis quoque disputationibus suis nec
animi vehementiam, neque livorem
præ-

præfererebat, minus vero injurias in-
 juriis compensabat, imo nunquam in
 ejus moribus, aut scriptis ullum
 arrogantiae, aut jactantiae vestigium
 deprehendebatur: insuper etiam glo-
 riam, honores, ac bona fugiebat, vi-
 tamque privatam, ac ferme abscondi-
 tam trahebat, unice intentus, ac stu-
 diosus, ut pacem Ecclesiae procuraret:
 praeterea nullum aliud negotium, quam
 literarum studia tractabat, neque ul-
 lum, quam libros pro omnium utili-
 tate conscribendi laborem aggredieba-
 tur, nec ullo alio afficiebatur desi-
 derio, nisi ut veritatem cognosceret,
 eamque alios edoceret: interim legi-
 mus, quod in suis literis queratur, se
 pariter tam a Catholicis, quam Prote-
 stantibus impugnari, eo quod ad extre-
 ma prolapsus non esset: verum diver-
 sas hasce criminationes diluit, ac non
 raro sermonem inspergit de podagræ
 doloribus, quibus vehementer afficie-
 batur.

§. XII.

Hujus Scriptoris opera.

Hujus Auctoris opera variis tempori-
 bus, quibus fuere elucubrata, di-
 versis etiam typis seorsim fuere impres-
 sa, anno autem millesimo sexcentesi-
 mo decimo sexto in majori forma in u-
 num

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

num volumen collecta Parisiensibus literis excusa prodierunt, quibus etiam adjunctæ fuerunt ejusdem epistolæ, necnon duo colloquia cum Anabaptistis habita, quæ hucusque nondum publicam lucem aspexerant. Ceterum primum, quod Cassander edidit, opus erat de liturgiis, ubi agit de ritu, & ordine celebrandi Cænam Domini, quam Græci Liturgiam, Latini vero Missam appellant. II. Collectio Hymnorum, & Collectarum unacum notis, quibus præfixit Bedæ tractatum de mensuris, & numeris hymnorum, ubi agit præsertim de Officio Divino, & distributione horarum Canoniarum: insuper addit prolixam dissertationem de communione sub utraque specie, ibidemque examinat, an aliquis Sanguis Christi in terris remanserit: oblata autem occasione ex sanctæ Catharinæ hymno hujus sanctæ historiam mere apocrypham ostendit. III. Opera Vigilii Thapsensis Episcopi, olim sub nomine Vigilii Episcopi Tridentini vulgata unacum tractatu Honorati Augustodunensis Præsulis de prædestinatione, & gratia: verum hic tractatus plurimum depravatus prodiit. IV. Commentarius de duabus naturis in Christo. V. Tractatus de Baptismo parvulorum, cui annexus est alius de statu infantium
fine

sine Baptismo decedentium, ubi Auctor respondet Anabaptistarum difficultatibus. VI. Opus illud, quod a pluribus fuit impugnatum, *de officio pii hominis*, cujus jam supra meminimus, unacum dialogo ad defendendum hunc librum composito. VII. Celebris ejus consultatio de controversis fidei articulis. VIII. Tractatus de restauranda communione sub utraque specie. IX. Catalogus Virorum illustrium veteris Testamenti. X. Duo colloquia cum Anabaptistis. XI. Denique epistolæ ad celebriores ævi sui Viros scriptæ, in quibus multa ad res Ecclesiasticas pertinentia pertractantur. Reliqui ejus libri complectuntur. I. Elogia Virorum illustrium tam Italarum, quam Romanorum II. Panegyricam descriptionem Brugensis civitatis. III. Tabulas de arte, & præceptis Rhetorices, ac Dialecticæ, IV. reductionem nummorum Græcorum, & Romanorum ad Belgicos, V. tractatum de arte concionandi. Ceterum apud omnes in confesso est, quod hic Scriptor primus fuerit, qui de Liturgia solide scripsit.

§. XIII.

Joannis Hesselii mors.

Tertius erat Joannes Hesselius, seu *Mivæus de de Hessels* anno Salvatoris millesi-
Script. Sæc. XVI.
mo cul. XVI.

B 3

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

*Velare &
Dupin. l. c.
pag. 62.*

mo quingentesimo vigesimo secundo natus Lovanii, ubi etiam Rithovio ad Yprensem Episcopatum promotus regius Theologiæ Professor nominabatur: anno autem post Christum natum millesimo quingentesimo sexagesimo tertio ad Tridentinum Concilium deputabatur, quo etiam unacum Michaelè Bajo, & Cornelio Jansenio postmodum Gandavenfi Episcopo profectus, atque ad hujus Synodi finem Lovanium reversus est, ubi continuatis suæ Scholæ exercitationibus die septima Novembris Anno supra millesimum quingentesimo sexagesimo sexto nonnisi quadraginta quatuor annos natus apoplexia tactus obiit: porro inter ingenii ejus monumenta ceteris palmam eripit Catechismus, qui vere nil aliud est, quam explicatio Theologiæ Dogmaticæ, & moralis ex Patribus, ac præcipue ex Divo Augustino depromptæ, atque hic liber Lovanii Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo typis impressus prodiit. Cetera ejus opera sunt I. argumenta de reali præsentia Corporis, & Sanguinis Domini in Eucharistia, II. Tractatus de invocatione Sanctorum, III. confutatio legis naturalis: IV. Tractatus de firmitate perpetua Cathedræ Divi Petri: V. opusculum de Sacrificio Eucharistico: VI. liber de officio

ficio hominis pii in Religionis diffidiis Sæcul. XVI.
A.C. 1566.
 contra Cassandrum; VII. Tractatus ad-
 versus eundem de communione sub ut-
 raque specie; VIII. defensio pro Officio
 celebrando in lingua, quæ non intelli-
 gitur; porro hoc opus typis excusum
 prodiit Anno Christi millesimo quingen-
 tesimo sexagesimo septimo; IX. Censura
 quarundam Historiarum de Sanctis,
 quod opus Molanus unacum suo Mar-
 tyrologio Lovanii anno millesimo quin-
 gentesimo sexagesimo octavo typis vul-
 gari curavit, X. Commentarius in Pas-
 sionem Domini itidem Lovaniensibus lite-
 ris eodem anno excusus, præter epi-
 stolam de Conceptione Beatæ Virginis.
 Præterea elucubrâbat commentarios
 in Evangelium D. Matthæi, in primam
 ad Timotheum, & primam Divi Petri
 epistolam, atque in omnes Canonicas
 sancti Joannis Epistolas. Hæc sunt e-
 dita typis opera præfati Scriptoris, qui
 præclarum erat Lovaniensis Universi-
 tatis ornamentum non tam ob ejus elo-
 quentiam, linguarum peritiam, atque
 eruditionis sublimitatem, quam pro-
 pter solidam judicandi vim, ac pruden-
 tem in discernendis rebus sagacitatem,
 insuper eundem commendat eximius
 erga Ecclesiam, & veritatem affectus,
 laboris assiduitas, & uberrimus, qui
 ex ejus operibus decerpitur, fructus.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

§. XIV.

Bartholomæus de Las - Casas mortuus.*Echara de
Script. Ord.
Præd.
Nicol. An-
ton. Bibl.
Hisp.*

Inter Scriptores hoc anno mortuos quarto loco numeratur Bartholomæus de Las - Casas Hispali Anno Servatoris nostri millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto natus, qui Apostolicis suis expeditionibus in Indias susceptis celebrem sese reddebat; eo enim nonnisi decimum nonum ætatis suæ annum agens Anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio prima vice una cum suo Patre Antonio de Las - Casas profectus erat, inde autem quinto post anno in Hispaniam redux continuato studiorum curriculo sacræ militiæ nomen dedit, in Americam reversurus, ubi etiam Anno Domini millesimo quingentesimo decimo sacro Presbyteratus ordine insignitus Zoguamarenam Ecclesiam in Insula Cuba regere coactus est, cujus tamen cura brevi dimissa utilius operam suam impendere voluit liberandis, ac sublevandis Indis, qui maxima severitate ab Hispanis premebantur: cum ergo ejus animum summopere affligeret, quod Christiani ad satiandam suam avaritiam nunquam explendam religionis obtentu uterentur, ac tyrannorum more sæ-

vi

vientes Indis amorem erga veram fidem inspirare niterentur per eadem media, per quæ tamen magis ab amplectenda hac religione absterrebantur: ut ergo hanc illis libertatem procuraret, Bartholomæus in Hispaniam iter aggressus Carolo V. Cæsari Hispanorum crudelitates exposuit, eidemque demonstravit, quod hæc inhumanitas plurimum religioni, ac Regno noceret. Hunc Virum Carolus perbenigne excepit, eumque in Indiam reverti, atque in Gubernatorum actiones inquirere iussit: verum omnia illius studia in irritum cecidere; nihominus vexationibus sibi per Hispanos illatis nullatenus animo fractus, sed potius ob inhumanam illorum sævitiam novo zelo accensus Anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo vigesimo secundo Sancti Dominici Institutum amplectebatur, ut hisce miseris dire vexatis eo expeditius opem ferre, & varias fundationes in Peruano Regno efficere posset: igitur ex Indiis in Hispaniam reversus, tanto animi ardore suas rationes inculcabat, ut tandem anno nostræ Salutis millesimo quingentesimo quadragesimo tertio edictum impetraret Barcinone editum, vi cuius legibus, quæ pro Indiarum populo specialiter erant latæ, restauratis Gubernatores

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

Sæcul. XVI
A.C. 1566.

tores easdem sequi, atque in usum deducere jubebantur: equidem hæ leges in Indiis fuere promulgatæ: ast Rectores, seu potius patriæ Tyranni nulla habita earum ratione a suis vexationibus, rapinis, ac violentiis haud desisterunt, quinimo cum eo tempore Aula Vallisoleti moraretur, Sepulveda Doctor juncta cum aliis opera propugnabat, quod Indos durius habere, nullum nefas esset: porro ejus liber edebatur ad modum dialogi compositus; Auctor vero a Romana Curia publici præli copiam impetrare satagebat, eo quod in Hispania suam lucubrationem imprimendi facultatem obtinere desperaret, cum obsisteret Bartholomæus, necnon reluctarentur ambæ Universitates Complutensis, & Salmanticensis, quæ in suis decisionibus declarabant, quod hujus libri doctrina minime sana sit, proin ejus editio nequaquam permittenda: postquam vero Carolus V. edoctus fuerat, quod insuper habito suo interdicto hoc opus in Italia fuerit editum, disertis verbis, ne divulgaretur, prohibuit, simulque omnia exemplaria intercipi jussit, exceptis quibusdam, quæ furtive sublata fuere.

Ceterum Bartholomæus, cum Anno Christi millesimo quingentesimo qua-

quadragesimo quarto in nova Hispania Chiapanum Episcopatum acceptare cogere-
 tur, suarum partium esse cense-
 bat, ut pro Indorum defensione hunc
 Sepulvedæ librum confutaret, quod et-
 iam præstitit editis libellis, quibus ti-
 tulus: *brevissima relatio eversiois Indicæ*
 &c. Anno post Christum natum mille-
 simo quingentesimo quinquagesimo se-
 cundo impensis, atque a Jacobo Mi-
 grodda Gallice redditis. Eadem hæc
 elucubratio postea in latinum idioma
 translata Anno Incarnationis Domini-
 cæ millesimo quingentesimo nonagesi-
 mo octavo Francofordiæ, necnon An-
 no post partum Virginis millesimo sex-
 centesimo quadragesimo tertio Venetiis
 a Jacobo Castellano in Italicam lin-
 guam versa prodiit: insuper Parisiis
 Anno supra millesimum sexcentesimo
 nonagesimo septimo nova versio Galli-
 ca fuit adornata: porro hæc relatio
 continet I. descriptionem sævitæ, ac
 tyrannidis, quam Hispani in Indiarum
 Regnis, & Provinciis exercuisse accu-
 sabantur, ubi hæc facta sigillatim fu-
 sius enarrantur. II. præmittitur episto-
 la, ac supplex hujus Auctoris libellus
 ad Carolum V. directus, in quo inju-
 stæ vexationes, & illorum, qui hisce
 Provinciis præsunt, crudelitates expo-
 nuntur, simulque declaratur, quod hæc

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

con-

Sæcul XVI
A.C. 1566.

contra Indos agendi ratio veris regni commodis, justitiæ, ac Religioni ad-
versetur: insuper huic libello addun-
tur triginta propositiones, in quibus
summi Pontificis potestas in Infideles,
qui Christi fidem amplectuntur, in eo
stabilitur, & quod Viros Apostolicos ad
illos decernere queat: præterea idem
Auctor ibidem Regum, & Principum
auctoritatem in ejusmodi gentes expo-
nit, tandemque concludit, quod fidem
apud Indos stabiliendi ratio consonet
modo, quem Christus Dominus tunc,
dum Religionem suam per universum
Orbem propagabat, tenuit, nam hic
in eo opere suo exhibuit benignitatem,
ac pacem, & charitatem ostendit, ut
proin Indos vi armorum subjugandi ra-
tio penitus legi Divinæ adversetur (*).

Scri-

(*) Non agebatur in Indiis de mera Verbi
Divini prædicatione, quæ utique apud omnes
Viros Apostolicos ibidem mitis, pacifica, &
charitatis plena fuit: sed lis erat de ulciscen-
dis injuriis, quas Indi contumaces, & re-
belles Divinis mysteriis inferebant, aliosque
a fidei veræ amplectendæ libertate præpe-
diebant, & quicquid sanctum, sacrumque
erat, profanabant, & deridebant, porro horum
petulantiam Hispani, cum lenitate non possent,
vi armorum compescere cogebantur, forte

in

Scriptit insuper idem Auctor librum latinum, in quo discutit hanc quæstionem: an Reges, & Principes salva religione ex quodam jure, aut vi alterius tituli valeant a Regno cives, & subditos suos alienare, eosque alterius cujusdam specialis Domini imperio subjicere? Hoc opus, quod raro admodum invenitur, bis in Germania fuit typis editum, nam primo cura Wolfgangi Griessteteri, & postea sumptibus Jacobi Kylingerii anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo quinto Tubingæ typis Bernardi Wildii prodiit: præterea quod hic Auctor difficillimas ibidem æque, ac curiosas quæstiones de Principum, & populorum juribus pertractet, Du-Pinns refert, ac quædam Bartholomæi principia, & regulas ibidem stabilitas recenset circa juris civilis, & Canonici textus, necnon circa auctoritatem Jurisconsultorum, & Doctorum. De cetero Bartholomæus adhuc alia elucubravit opuscula nondum prælo subjecta, atque inter alia Generalem Indiarum Historiam, qua Antonius de Herrera ad concinnandam suam descriptionem copiose utebatur; postquam

Sæcul. XVI.
A C 1566.

in hoc imitantes exemplum Christi Domini, qui etiam flagellis ementes, & vendentes e templo suo ejecit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

quam præclarus hic Vir per quinquaginta vitæ suæ annos sancto huic labori sese cum insolito prorsus studio sacraverat, ac, si ita loqui fas est, superatis plurimum itinerum incommodis, ac infinitis propemodum Hispanorum vexationibus pro Indorum libertate Martyr evaserat, tandem suum Episcopatum summo Pontifici cedens Madritum sese recepit, ubi etiam anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, ætatis vero suæ nonagesimo secundo animam Deo reddidit.

§. XV.

Caroli Molinæi fata.

San. Marth.
elog. l. 2.
Dupin Bibl.
pag. 62. &
Juv.

Jam sæpius mentionem fecimus de Carolo Molinæo celebri Jurisconsulto, qui inter Scriptores hoc anno defunctos quintus erat: porro is anno Redemptionis nostræ millesimo quingentesimo ex Joanne Molinæo, & Paretta Chassidonia Lutetiæ Parisiorum natus erat, ac jam anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo secundo Caustidicis accensebatur, ubi quædam ediderat opuscula, quæ tamen plurimum censuræ erant exposita; inter cetera autem maximam ipsi molestiam accersebat commentarius in edictum Henrici II. *contra parvas datas*: inde enim Romana curia tantopere irritabatur, ut
anno

anno a partu Virginis millesimo quin-
 gentesimo quinquagesimo secundo Pa-
 risiis exulare, atque in Germaniam
 aufugere compelleretur, ubi ejus liber
 per Parisiensem etiam Facultatem Theo-
 logicam damnabatur, necnon per edi-
 ctum a Regio Senatu supprimebatur:
 insuper cum idem vir absens esset, ejus
 domus fuit deprædata, ipse vero non-
 nisi Anno post Christum natum mille-
 simo quingentesimo quinquagesimo se-
 ptimo Parisios reverti permissus, ex qua
 tamen urbe ferente Religionis bello
 rursus exire cogebatur. Pariter ejus
 consultatio circa Tridentinam Syno-
 dum ipsi adeo funesta accidit, ut etiam
 ad carceres coniectus esset, ex quibus
 nonnisi Anno Domini millesimo quin-
 gentesimo sexagesimo quarto Regis, ac
 Reginæ regnantis jussu dimissus est:
 postea vero ad sua se recipiens elucu-
 brandis pluribus libris totum se impen-
 derat: ubi anno restauratæ Salutis
 millesimo quingentesimo trigesimo no-
 no suum commentarium in quamdam
 Parisiensem consuetudinum partem
 jamjam vulgavit, & circa annum mil-
 lesimum quingentesimum sexagesimum
 quintum suam quatuor Evangelistarum
 concordiam edidit, quam Aureliæ e-
 laboratam Carolo IX. nuncupabat; cum
 vero in hoc opere Calvini doctrinam,
 &

Sæcul. XVI.
 A. C. 1566.

Sæcul. XVI. & errores impugnasset, hinc Ministri
A.C. 1566. illum acriter insectabantur, eorum fu-
 rore eo deveniente, ut hujus libri Ty-
 pographum, cum forte Genevam per-
 transiret, captum, & in vincula con-
 jectum die decima septima Decembris
 hoc eodem anno ad multam pecunia-
 riam damnarent, & librum a carni-
 fice ante Urbis Prætorium comburi
 juberent.

§. XVI.

*Ejusdem Auditoris libellus supplicis ad
 Senatum contra Calvinistas.*

Thu. hist. l. Ceterum Molinæus olim Calvinii Se-
38. hoc ann. ctam profitebatur, postea tamen
versus finem. ejurata hac hæresi in Germaniam pro-
 fectus Augustanæ confessioni nomen
 dedit, quam tamen iterum ad vitæ suæ
 exitum penitus execrabatur, ad Eccle-
 siæ Catholicæ sinum reversus; ubi haud
 parum injuriæ, quas a Sectariis tole-
 rare cogebatur, ad ejus conversionem
 conferebant, quinimo ea ex ratione
 etiam Mense Februario libellum suppli-
 cem Senatui porrexit, in quo triginta
 quatuor accusationum capita protulit,
 quorum præcipua hic referimus. I. Cal-
 vinistæ ex Religionis obtentu seditio-
 sos cœtus agitant. II. pecuniam sine
 Regis mandato sibi adhærentibus im-
 perant. III. suorum Ministrorum con-
 ci-

ciliabula celebrant. IV. Diaconos, Seniores, aliosque ministros instituunt, stipendiis ex plebis substantia eis attributis. V. in his sacris suis cœtibus ecclesiasticis ministri principem locum obtinentes de omnibus causis sprete regii Magistratus jurisdictione cognoscunt. VI. effrenam multitudinem erronea doctrina a se imbutam ad libertatem, & licentiam provocant. VII. ipsi fere omnes exteri, & hospites, nullaque auctoritate legitima ad ministerium vocati, & Genevensis sive civilis, sive sacrae administrationis disciplinam ad evertendum Regnum invehunt. VIII. Ecclesiasticos in sua functione impediunt. IX. omnes suas vires adhibent, ut fidem Regionum subditorum sollicitent.

His dictis Molinæus quasdam odii privati, quo ipsum Calvinistæ prosequerentur, refert causas, quas inter prima erat, eoquod is Confessionem Augustanam, quæ in Germania obtinet, Genevensi, & Helvetica magis sanam dixisset, nec non in suis in consuetudines Parisienses commentariis fanaticos eos, & seditiosos vocasset: eapropter querebatur Molinæus, quod ipsum in concionibus, Synodis, & ubique palam traducerent, ac domesticos, qui ipsum observent, corrumperent, atque amanuenses, ne

Hist. Eccles. Tom. XLVIII.

C

eo-

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

eorum opera uti queat, minis, pretio,
& blanditiis seducerent.

Hoc accusationis caput adeo grave censebatur, ut Molinæus impetraret, quatenus in id inquireretur, ubi quatuor testes desuper auditi rem ita contigisse denuntiabant, unde ejus accusationes tam generales, quam particulares firmabantur: verum totum hoc studium suo caruit successu; quapropter Molinæus contra Calvinistarum calumnias apologiam scribere cogebatur, quam etiam vulgavit se appellans Simonem Chaludrum sacrarum literarum Professore, quod nomen veri nominis sui anagramma (*) erat: præterea corruptelas, ac Sectariorum errores penitus inspiciens falsam eorum Religionem omnino abjecit: cum vero patriæ suæ studiosissimus esset, atque emendationem in Religione, quam tantopere optabat, in licentiam, & factiones versam videret, admodum indoluit, ac, si vita suppeteret, religiose promisit, fore, ut exemplo suo, scriptisque multos ab errore passim grassante ad Ecclesiæ

Ca-

(*) Hic Author Gallice vocatur *Charles du Moulin*, unde ex hoc nomine *Simon Chaludre* anagramma licet imperfectum confici videtur, quamvis literæ U, & L. superabundent.

Catholicæ finem revocaret: verum paucis diebus adhuc vita superstes die vigesima septima Decembris Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto ætatis suæ circiter sexagesimo sexto non modo in Ecclesiæ Catholicæ communione, sed etiam inter pietatis affectus vere orthodoxos animam exhalabat: nam recepit Ecclesiæ Sacramenta cum ingenti devotione præsentibus Claudio Despensio Doctore, Renato Bonelo Bleffiensis Collegii Rectore, & Francisco Curtio, seu Curtino Parocho ad Sanctum Andream de Arcubus, qui omnes morienti assistebant. Corpus ejus sepultum est in ejusdem Ecclesiæ cœmeterio circa horam octavam vespertinam absque ulla pompa funebri: ejus vero sepulcrum doctus Antonius Moratus epitaphio admodum simplici honorabat, & Julianus Brodeau ejus vitæ historiam conscripsit, quæ tamen non nisi diu post ejus obitum publicam lucem aspexit. De cetero Molinæus ex primo connubio reliquit duas proles, filium scilicet, ac filiam.

§. XVII.

Caroli Molinæi opera.

Inter hujus Scriptoris opera reperiuntur non pauca, quæ de jure civili, ac diversarum Provinciarum consuetudinibus

C 2

nibus

Sæcul. XVI.

A.C. 1566.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

nibus tractant, ubi tamen principia nimis laxa insperfit, cum potius Jurisconsultum, quam Theologum ageret; propugnat enim, quod census exigi possit ex iis pecuniis, quas aliquis mutuas dat illi, qui pecunias, cum illis non indigeat, duntaxat ad negotiandum, aquirendum, vel suas facultates augendas credito accipit, dummodo hic census sit moderatus, & non immodicus. Insuper inter ejus consilia habentur quædam de rebus Ecclesiasticis agentia: in suo autem tractatu de Monarchia differit de Politia, & Historia Ecclesiastica, necnon Cæsarum, Regumque legibus circa Ecclesiæ disciplinam, ac de edictis, quibus se contra Curia Romanæ ausus tueri nitebantur: præterea ad tractatus, quos de rebus Ecclesiasticis scripsit, revocari potest ejus oratio, quam in Universitate Tubingana pronuntiabat de dignitate Theologiæ, de legibus Cæsareis, de eorum diversitate, corruptione, & restauratione, de potestate, officio, & discrimine inter Magistratus civiles, & Ministros Ecclesiasticos: ejusdem autem consultatio pro Picardiæ Nobilibus circa Ambianensem Episcopatum continet plura, quæ ad jus Canonicum pertinent: majoris tamen momenti sunt ejus consultationes circa receptionem Concilii Tridentini:

tini: porro earum erant tres, duæ latino sermone scriptæ, quarum una prolixior, altera autem magis succincta est, tertia vero Gallice edebatur, quæ tamen præ ceteris prima & præcipua est, eamque quidam Mussipontanus Professor, nomine Petrus Gregorius Tulusanus confutabat. Denique Molinæus reliquit adnotationes in Gratiani decretum, ejusque Decretales, necnon commentarium in edictum *de parvis datis* & in Cancellariæ Romanæ regulas in Galliis usitatas, receptasque, præter Concordiam Evangelistarum unacum adnotationibus, in quibus Calvinii opiniones amplectitur, quas tamen nunquam retractasse videtur, eo quod non nisi sub vitæ suæ finem, atque in extremo morbo eum penitus a suis erroribus resipuisse constet, cum antea nec probum Catholicum, nec ferventem Calvinistam, nec rigidum Protestantem sese exhibuerit. Ceterum postrema operum suorum editio quinque voluminibus comprehensa in majori forma prodiit Anno Christi millesimo sexcentesimo octogesimo primo.

§. XVIII.

Hieronymi Vidæ obitus.

Sextus erat Marcus Hieronymus Vidæ Cremonæ in Italia natus, atque

*Thuan. l. 38.
Baillet Jugem. des*

C 3

Albæ

Sæcul. XVI:
A.C. 1566.

Sæcul. XVI. Albæ ad Tanarum flumen Episcopus
 A.C. 1566.
 Scav. t. 3.
 l. 4.

VII. Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo secundo creatus, qui magis in arte Poetica, quam Theologiæ disciplina inclaruit, ejusque tractatus versibus conscriptus de arte Poetica plurimi quidem habetur, parique laude commendatur ejusdem *Christeis*, seu Poema de vita Christi Domini, necnon aliud carmen de *ludo* latrunculorum, seu vulgo *schachico*: ceteris tamen palmam præripuisse videtur illius poema de Bombyce. Præter hæc opera scripsit etiam I. hymnos, II. Bucolica, III. epistolam ad Joannem Matthæum Gilbertum, IV. Dialogos de dignitate Republicæ, V. pastorale in mortem Julii II. Pontificis, VI. Constitutiones Synodicas, VII. Martyrium S. Dalmatii, VIII. librum de Magistratu. Hic Præsul die vigesima septima Septembris Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, postquam sexagesimum ætatis suæ annum emensus erat, demum obiit, sepultusque est Albæ in sua Ecclesia.

§. XIX.

Joannes Draconites, & Blaurerus
 mortui.

Hoc

Hoc item anno Protestantium Scri-
ptorum nonnulli fatis concessere,
quos inter primus erat Joannes Dra-
conites Germaniæ Minister Carolstadii
in Franconia, qui postquam a teneris
linguarum studio sese impenderat, Po-
liglottam Bibliorum in quinque linguis
juxta Poliglottæ Origenis, & editionis
Complutensis exemplar concinnare ag-
grediebatur: verum hoc opus ad exi-
tum deducere haud potuit, subitanea
morte præventus Tubingæ die decima
sexta Aprilis, anno ætatis suæ sexa-
gesimo quinto, ediderat tamen præter
alia quædam opuscula commentarios
quosdam in Prophetas. Alter erat Am-
brosius Blaurerus, cujus tamen obitum
historicorum nonnulli ad annum sequen-
tem referunt. Hic natus erat Con-
stantiæ die quarta Aprilis Anno Salu-
tis nostræ millesimo quadringentesimo
nonagesimo secundo, qui cum in Ab-
batia Aberspacensi prope Wittenber-
gam Monachum induisset, magnosque
in literis progressus fecisset, Lutheri li-
bris, ac frequenti cum quibusdam hæ-
reticis colloquio seductus, Anno Chri-
sti millesimo quingentesimo vigesimo
tertio a fide Catholica defecit, ac
Constantiæ, quo auffugerat, novos er-
rores suis sermonibus divulgavit: inde
vero Basileam delatus cum Zwinglio,

Sæc XVI.
A C 1566.

Thu. l. 30.
Melch. A-
dam in vit.
Theol Germ.

Sæcul XVI. Oecolampadio, aliisque eidem interfuit colloquio, in quo Magistratus immutata omni Religione hærefin introducebat. Mortuus est denique Blaurerus ætatis suæ anno septuagesimo quinto, eumque Calvinus in suis epistolis amplo elogio honorabat: verum cuncta, quæ posteris reliquit, opuscula non nisi ad quosdam pietatis libellos restringuntur.

§. XX.

Michaelis Nostradami exitus.

*Spond. hoc
ann. n. 34.
Naude Apa-
log. des
grands
hommes
ch. 6.*

Haud silentio prætereundus est celebris Michael Nostradamus Medicus, atque Astronomus suis vaticiniis risu dignis adeo celebris, ut etiam ad similia deliria in vulgus spargenda non pauci nomen huius Scriptoris, auctoritatemque allegarent. Referunt Historicorum nonnulli, illum in oppido sancti Remigii in Provincia fuisse natum: alii vero eum Sali ortum dicunt, id tamen certum constat, quod ibidem in Ecclesia Fratrum Minorum sepultus fuerit, ubi etiam ejus effigies unacum funerali inscriptione marmori incisa hodiedum visitur. Obiit is Sali die secunda Julii, postquam annos sexaginta duos, sex Menses, & septendecim dies vixerat: porro is idem in Mont-Pessulano Collegio literis vacabat, confectoque studiorum

diorum curriculo Tolosam, ac Burdegalam profectus est, indeque in Provinciam reversus Anno redemptionis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto suas edidit centurias, quas Henricus I. Franciæ Rex tanti habuit, ut illarum Authorem cernere desideraret, ac Comes Tenda Provincie Gubernator illum Parisios hanc ob rem conducere juberetur. Eidem quoque Rex ducentos aureos dono dedit, illumque Blesas misit, ut Regios quoque Filios inviseret. Fertur etiam, quod Carolus IX. eundem ingenti pecuniarum summa auxerit, cum per Provinciam iter ageret.

§. XXI.

Facultatis Theologicæ censura circa Ave Maria.

Cum Joannes Rossetus dictus de Matravilla Ecclesiæ Turonensis S. Gattiani Canonicus, & Theologus ad populum dixisset, quod *Ave Maria* in Ecclesia recitari solitum non sit oratio, atque omnis, qui illam recitaret, insipienter agat, nec unquam, ut ex his verbis oratio fieret, Ecclesiæ mens fuerit, ac in illis verbis *Ave Maria gratia plena &c.* duntaxat unicum sit verbum, quod orationem spiret. Has propositiones Facultas Theologica Parisien-

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

*Argentre
Coll. jud.
t. 2. p. 391.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1566. sis sequenti censura in tres partes di-
visa pertrinxit: „Prima pars hujus pro-
positionis, scilicet *Ave Maria*, &c. est
falsa, erronea, scandalosa, schisma-
tica, pervertens populum a comuni
oratione. Secunda pars, scilicet: *om-
nis, qui eam recitat* &c. est temeraria,
& Christiano Prædicatore indigna. Ter-
tia scilicet, *nec unquam Ecclesiæ mens*
fuit &c. est falsa, injuriosa consuetudini
Universalis Ecclesiæ, favens hæreticis
nostri temporis, & subjuncta ratio est
plane frivola: „Lata est hæc censura
die vigesima quinta Junii.

§. XXII.

Alia censura circa Passionem Domini.

Argentre
pag. 391.
Et 392.

Die duodecima Julii Facultas appro-
bavit Jacobi Fabri librum, cui titu-
lus: *Defensio contra assertiones Deistarum*,
ex quibus prima propositio his concepta
erat verbis: „Mors, & Passio Domini
nostri Jesu Christi, antequam patere-
tur, delevit omnia peccata, nec ad
ea delenda requiritur, ut singulis die-
bus sacrificium offeratur. Censura erat
hæc: „*Prima hujus propositionis pars*
collata cum secunda minus est accurata: al-
tera vero est hæretica, in quantum dicitur
distingui Sacrificium cruentum ab incruento,
cum sit idem realiter Sacrificium.

Secun-

Secunda propositio erat hæc : „Pas-
sio Domini nostri Jesu Christi illis dun-
taxat profuit, qui ante ejus adven-
tum, mortem, & passionem mortui
sunt, non autem illis, qui postea ve-
nerunt.„ Facultas desuper hanc tu-
lit sententiam: *Hæc propositio pro utra-
que sui parte est hæretica, & blasphemia.*

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

Tertia propositio ita sonabat: „Pas-
sio Dominica illis, qui ante Christum
mortui sunt, solum profuit, nec non
iis, qui tum vivebant, eapropter ne-
cessè erat instituere Missam, quæ illis,
qui postea nascerentur, prodesset.„
Istam assertionem Doctores hac cen-
sura perstringebant: *Hæc tertia proposi-
tio etiam pro utraque sui parte est hæretica,*
iisdem enim, ac secunda, erat concepta
verbis.

§. XXIII.

*Nova fidei Confessio Protestantium in
Helvetia.*

Cum Calvinistarum Ecclesiis in Hel-
vetia non arrideret Zwingliana fi-
dei confessio anno Christi millesimo quin-
gentesimo trigesimo confarcinata, mi-
nus vero iisdem probaretur altera Ba-
sileæ Anno Domini millesimo quingen-
tesimo trigesimo secundo promulgata,
neutiquam autem placeret tertia in ea-
dem Urbe Anno reparatæ salutis mil-
lesimo

Sæcul XVI. lesimo quingentesimo trigesimo sexto
A.C. 1566. confecta, ac nequidem illis sufficiens
 videretur quarta fidei confessio inter Hel-
Confess. an. vetios communi omnium consensu sta-
1566. Syn. bilita, imo etiam quintam Genevæ An-
gen. part. I. no post Christum natum millesimo quin-
pag. I. gentesimo quinquagesimo quarto præ-
 scriptam rejicerent, tandem hoc anno
 millesimo quingentesimo sexagesimo
 sexto aliam novam procuderunt: cum
 autem Ministelli probe animadverterent,
 quod tot variationes in tanti momenti
 re, quæ tamen jam ab initio stabilis
 æque, ac integra esse debuisset, ipso-
 rum sectam omnino ludibriis expone-
 rent, hinc in hujus mutationis proe-
 mio rationem reddituri affirmabant;
 „Quamvis variæ fidei confessiones a
 „pluribus Nationibus jamjam fuerint
 „editæ, imo nos ipsimet jam sæpius
 „publicis scriptis idem fecerimus, ni-
 „hilominus adhuc novam hanc confes-
 „sionem exponimus, eoquod forte hæc
 „scripta in oblivionem venerint, aut in
 „varias urbes dispersa adeo prolixè rem
 „explicent, ut non omnes ea perlegendi
 „tempus habeant. „ Ceterum reliquæ fi-
 dei confessiones vix quinque foliis con-
 stant, hæc autem ultra sexaginta ex-
 tenditur, & tamen illa magis succincta
 esse deberet: insuper si reliquæ fidei
 confessiones e memoria exciderunt,
 huic

huic excusationi ex oblivione petita
 fatis opportune mederi potuissent ex
 eo, quod unam ex prioribus de novo
 divulgasset, si tamen ea iis placuisset:
 verum sicut error novis, absonisque sen-
 sibus abundat, sic etiam hanc confes-
 sionem suam omnibus hisce novitatibus
 infarcire cogebantur, nam percipiamus
 paucis verbis mutationes, seu additio-
 nes in postrema hac confessione factas;
 ibi ergo verbis amplioribus, quam in
 prioribus factum, explicant, quid per
 justitiam imputativam intelligant; in-
 super in capite de bonis operibus cum
 ceteris Protestantibus affirmant, quod
 piæ actiones sint necessarij fidei fructus,
 præterea meritum, de quo in prioribus
 Confessionibus nulla fuit facta mentio,
 rejicientes in nova hac, ut merita con-
 demnent, abutuntur verbis sancti Au-
 gustini, qui ait: *Deum coronare mune-
 ra sua, dum coronat merita nostra.* Ve-
 rum hi falsarii perperam sancti hujus
 Doctoris textum referunt, perinde
 ac si dixisset: *Deum in nobis coronare, non
 merita, sed dona sua.* Ad hæc in capite
 decimo fidem solis prædestinatis attri-
 buunt, in capite autem, ubi sermo est
 de libero arbitrio, rem modo adeo ob-
 scuro, & propter notiones nimium va-
 gas, atque ambiguas tantopere confuso
 explicant, ut clara de hoc articulo cog-
 nitio

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

Bouffet hist.
 var. t. 2.
 n. 59. l. 10.
 pag. 142.

Sæcul XVI.
A.C. 1566.

gnitio haberi nequeat. Tandem vero totam rem eo redigunt, ut juxta eorum doctrinam homines non aliam libertatem haberent, quam bestię; docent enim: *homo non est bruto inferior, sed cum isto hoc commune habet, quod certas res velit, certas nolit, ita loqui potest, & non loqui, domi manere, vel exire.* In capite vigesimo primo, quod agit de cœna, haud amplius æquivocis se explicant verbis, prout ex Buceri consilio, ac cœco Lutheranis complacendi studio Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo sexto fecerant, sed perspicue affirmant, non tantum imaginarium alimentum, sed proprium corpus reipsa, imo verum Corpus Christi Domini pro nobis traditi recipi, *sed interiorius, spiritualiter, per fidem Corpus, & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi recipi, ac spiritualiter per Spiritum sanctum, qui nobis applicat ea, quæ Corpus & Sanguis Christi meruere, scilicet remissionem peccatorum, liberationem animæ, & vitam æternam.*

Amplior adhuc hujus confessionis dilucidatio videri potest apud Bossuetium in *Historia de Protestantium mutationibus.*

§. XXIV.

§. XXIV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.*Poloniæ Regis decretum contra An-
titrinitarios.*

Cum interea Calvinistæ suos errores hisce artibus stabilire niterentur, Reformatæ Ecclesiæ in Polonia ipsam etiam Christi Domini Divinitatem, eisque consubstantialitatem majori adhuc cum pertinacia inficiari pergebant. Ut vero hisce impietatibus tandem finis imponeretur, Proceres Catholici, ac quidam eminentiæ reformationis Ministri in Lublinensibus comitiis Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto celebratis hac in re jus dici potu-
labant: ergo Sigismundus Poloniæ Rex, qui hunc conventum cogebat, decretum promulgat contra illos, qui Baptis-
mum iterabant, ac Sanctissimæ Triadis mysterium aggrediebantur: insu-
per illos, ut intra unius Mensis spatium regno excederent, compellit: igitur promulgato hoc edicto quidam nomine Philoppovius comprehenditur, coram Rege accusatus, quod nonnullos adul-
tos iterum salutari aqua expiasset, atque impias doctrinas contra Sanctissi-
mæ Trinitatis mysterium sparsisset: hoc igitur accusationis capite satis compro-
bato capite plecti jubebatur, quin ul-
lus pro eo deprecari auderet, eoquod
ejus

Hist. Re-
form. Eccl.
Polon.

Sæcul. XVI
A.C. 1566

ejus adversarii in Aula, ac comitiis potentia valerent: proin a cunctis suis amicis præter Prilecium derelictus coram Rege itans exclamabat: *Veniet tempus, in quo alius Rex judicabit, ubi accusatus triumphabit, atque hic idem Rex suos conservabit:* cum autem Zamofiskius eum talia proferentem audiret, Catholicæ fidei Zelo accensus illum accusabat, quod novi Regis, qui hunc reum vindicaturus esset, adventum minitari auderet, ac proin se Regis, Regnique hostem declararet: quinimo ipsemet hujus hæretici præfagio commotus, hunc hominem fors novum Prophetam, aut quemdam Astrologum, qui quamdam Regni mutationem prævidisset, fore existimabat:

§. XXV.

Philoppovius morti adjudicatus, & postea vitæ veniam impetrans.

Cum sceleratus hic homo accusationem istam iniquo animo ferret, justitiam sibi fieri a congregatis Proceribus sive vitam suam prolongandi studio, sive suum erga Principem affectum ostendendi Zelo animatus postulare audebat: verum nonnulli eidem Authores existerant, ut Zamofiskii Patrem adiret, atque ab eodemmet contra ipsius Filium sibi satisfieri peteret: cum ergo hic

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

hic Nobilis Philoppovium sibi aliis titulis obstrictum haberet; hinc Filio suo mortem minitabatur, nisi accusato prompte satisfaceret. Id quidem Filius, cum Vir esset omnibus honesti Viri dotibus abunde ornatus, lubenti animo, tamque generose præstitit, ut ad indulgentiam huic condemnato impendendam, necnon veniam eidem impertiendam Regem propensum redderet: hinc omnes accusationes in eum intentatæ, cunctaque illius hostium molimina, imo etiam ipsa mortis sententia adversus eum tam solemniter pronuntiata suo frustrabantur successu. Præterea, cum quidam cujusdam Pagi Parochus juxta præfatum edictum alios de hæresi accusatos denunciare vellet, nullatenus audiebatur; quamprimum enim hi declarabant, quod nec Ariani, nec Anabaptistæ essent, sed sacras literas, Apostolorum Symbolum, & primorum sæculorum fidem profiterentur, mox ab omni judicii severitate absoluebantur.

§. XXVI.

Gregorius Pauli cum aliis profugus.

Gregorius Pauli percelebris ille Soci-
nianus, cujus jam supra meminimus, cum vereretur, ne Miscovius
hoc Regis edicto fretus quicquam con-

*Florim.
Ræm. de
ortu hæres.
Spond. an-
nal. ad
ann. 1561,*

Hist. Eccles. Tom. XLVIII.

D tra

Sæcul. XVI. tra ejus errores moliretur, fugam ar-
A.C. 1566. ripuit unacum quibusdam aliis Ministris,
 qui easdem cum illo hæreses fovebant. Hic idem Gregorius in Briesciensi Pa-
 latinatu natus tam liberaliter Lutheri
 venenum hauserat, ut anno Domini
 millesimo quingentesimo quinquagesimo
 quinto in præcipua existimatorum Re-
 formatorum Ecclesia Minister in Polonia
 crearetur: in hac itaque Ecclesia, quæ
 in quodam Cracoviensi oppido in æ-
 dibus Bonarii erat, Gregorius conceptæ
 de sua doctrina, & Zelo spei, atque ex-
 pectationi adeo satisfecerat, ut etiam
 pro minoris Poloniæ Ecclesiis Rector,
 seu Superintendens, ut vocant, nomi-
 naretur: de cetero Catholici Scripto-
 res referunt, quod hic fuerit Vir am-
 bitiosus, sceleratus, impius, pertinax,
 atque etiam suis quamtumvis modera-
 tionibus oppido exosus, qui etiam Ser-
 veti errores per Poloniam diffudit, at-
 que acriter contra Sanctissimam Trini-
 tatem insurrexit, quapropter suorum
 scelerum probe conscius opportuna fu-
 ga vitæ suæ consulere cogebatur, alii
 vero ejusdem factionis focii ad Sylvas
 confugerant, nec pauci ad Albinum,
 vel Philoppovium secesserunt, qui spe-
 cietenus se edictum in comitiis promul-
 gatum revereri profitebantur, veriti,
 ne tunc, si aperte illud impugnarent,
 eadem

eadem severitate, qua Servetus, etiam ipsi plecterentur, atque extremo supplicio e medio tollerentur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

§. XXVII.

Lublinensis Calvinistarum Synodus.

Sub idem tempus Lutherani, & Calvinistæ obtenta a Lublinsibus facultate ibidem Synodum celebrabant, ad quam illi tanta frequentia confluerant, ut eorum factio numero, & potentia Antitrinitariis prævaleret, ideoque hi nequidem huic conventui interesse auderent, sed rupta omni mora urbe excedere cogentur, ubi ad majorem adhuc crudelitatem res devenisset, nisi Nicolaus Senieskius ad Comitia ablegatus Regem rogasset, ut comitiorum libertatem tueri, ac præpedire vellet, ne ejus subditi vexarentur: unde Rex complacendi studio incitatus non modo ullam Antitrinitariis, qui passim Pinczovienses vocabantur, vim inferri vetuit, sed etiam eos suo patrocinio honorare dignatus est: hi tamen comitia haud ultra, aut saltem nonnisi raro admodum, atque exiguo numero accedere consultum censebant, ne eminentis Reformatis suspicionem ingererent, vel sibi novos illorum insultus accerferent. Verum nec hæc circumspectio ipsis profuit; quippe existimati

*Lub. de
convent.
hæret.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

hi reformati exinde potentia crescentes hunc conventum pro suo arbitrio moderabantur, atque contra novos hosce Arianos, quotquot poterant, accusationum capita conglomerabant, tantaque verborum vehementia apud illos Proceres, qui eisdem alyli opportunitatem concesserunt, instabant, ut eorum plurimi turpiter ejecti, atque ad suos remissi fuerint.

§. XXVIII.
Lælii Socini Historia.

Sandius
Bibl Anti-
trin. p. 18.
Zachius
Præfat. lib.
de tribus
Eloim.

Ad hunc annum salutis nostræ millesimum quingentesimum sexagesimum sextum revocatur Epocha opinionis Pinczoviensibus tantopere familiaris, quæ etiam postmodum a Fausto Socino Sectæ Socinianæ Antesignano per novam formam ab ipso inventam, novumque Systema ceteris præscriptum dilucidata fuit. Hic idem Faustus ex antiquissimo, & maxime conspicuo Senensis Urbis genere in Etruria ortus, ac paterna ex linea nepos erat celebris illius Socini, qui Anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo quinto primam lucem aspexit, ac primo sese jurisprudentiæ studio dicavit, cum vero intellectus sui amplitudinem hoc labore nullatenus fatiari crederet, sacris literis operam navare cæpit, ac linguæ

Græcæ

Græcæ, Hebraicæ, & Arabicæ peritia imbutus ingenii sui felicitate, atque assidui laboris subsidio brevi maximos fecit progressus. Postea Theologicis disciplinis intentus abstrusissima quæque Religionis mysteria, quæ tum inter doctos æque, ac idiotas familiaris colloquii argumentum erant, suo intellectu exhaurire præsumebat, inde vero Lælius haud aliud capiebat emolumentum, nisi quod de fidei rebus differens dubius hæreret, ac continuo de illis disputaret, prout in Vicentinis colloquiis ab eo factum nos ad annum Domini millesimum quingentesimum quadragesimum sextum memoravimus: porro cum Inquisitionis Ministri in illum inquirere pararent, ipse anno sequenti relicta Italia Helvetiam, Franciam, Angliam, Hollandiam, & Germaniam pervagatus tandem Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quinquagesimo primo in Polonia substitit, inde autem Genevam delatus Lissimaninum ex Ordine Fratrum Minorum seduxit, ex qua urbe iterum excedere cogebatur, ut Calvinus, qui novis Arianis bellum nuntiare cæperat, vexationes effugeret: quapropter Tigurum profectus ibidem sibi ingentem nominis sui famam comparabat, atque per Calvinus epistolam Anno millesimo quingen-

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

Sæc. XVI
A.C. 1566.

tesimo quinquagesimo secundo datam
cautior factus Antitrinitariorum erro-
res spargebat.

Posthæc Anno post Christum natum
millesimo quingentesimo quinquagesi-
mo octavo Poloniam petendi desiderio
stimulabatur, eo quod hoc regnum tunc
non modo effræni suorum civium ple-
rumque existimatæ reformationi ad-
dictorum licentiæ, sed etiam exterorum
libertati esset expositum; quotquot enim
tutum locum, ubi abjecta omni lege,
ac Religione vivere possent, quærebant,
hi cuncti ad hoc regnum tanquam ad
asylum omnibus sceleratis pervium con-
fugiebant, ibidem præsidio ipsis a Pro-
ceribus indulto securi: ideo Lælius
quoque Socinus haud imprudenter hanc
regionem tanquam receptaculi sui lo-
cum sibi selegerat, cum haud amplius
ad acquirendam Patris sui anno millesi-
mo quingentesimo quinquagesimo sexto
defuncti hæreditatem in Italiam reverti
auderet, eo quod ejus nomen, & Per-
sona omnibus exosa, atque Inquisitio-
nis tribunali sat cognita esset: nihilo-
minus postea hujus itineris discrimini
se se exposuit, & potentibus recommen-
datiis literis munitus, unacum Al-
ciato, & Gentili per Moraviam in
Italiam contendit, ubi tamen exiguas
facultates, parcamque hæreditatem
col.

collegisse videtur; quinimo cum sacrae Inquisitionis Ministri illum comprehendere moliebantur, inde ad Helvetios confugiens Tiguri substitit, ubi etiam Anno Servatoris nostri millesimo quingentesimo sexagesimo secundo die decima sexta Martii nonnisi triginta septem circiter annos natus infelicem animam evomuit. Talis erat Patruus celebris Fausti Socini, cujus historiam mox subjiciemus. Ceterum Lælius pro tuendis suis erroribus plura conscripsit opuscula, quorum indicem Sandius in sua Antitrinitariorum Bibliotheca refert.

Sæcul. XVI.
A.C 1566.

§. XXIX.

Fausti Socini Lælii Nepotis Historia.

Faustus Anno millesimo quingentesimo trigesimo nono die quinta Decembris natus Patrem habuit Alexandrum Socinum Lælii fratrem, Matrem autem Agnetem Petrucciam, cujus parentes erant Burgesius Petruccius, & Victoria Piccolominæa, quocirca Faustus omnibus illis sanguine junctus erat, qui in sua patria tam nobilitatis gloria, quam dignitatum eminentia ceteris illustriores celebrabantur: porro ipsemet quantumvis ingenii, ac memoriæ præstantia clarus esset, haud magnum tamen in humanioribus, &

*Sadd l.c.
Hernebeck
summa
controvers.
de Socianismo.*

D 4

libe-

Sæcul. XVI
A.C. 1566.

liberalibus scientiis profectum fecerat, quinimo postquam de Lælii Patruï sui fato nuntium acceperat, ejusque literas ad suos consanguineos missas perlegerat, neglectis omnibus aliis disciplinis unice Religionis rebus operam suam sacrare decrevit, licet tum nonnisi decimum tertium ætatis suæ annum ageret: confecto autem vigesimo anno in Theologiæ studio tantum se profecisse arbitratur, ut jam Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Religionis arbitrum agere, novaque fidei Systemata procudere præsumeret, suoque Zelo a recta ratione tantopere alieno incitatus eo temeritatis deveniret, ut coram parentibus, ac amicis suis dogmata falsa spargere haud contentus esset, sed etiam in publicis conventibus, ad quos ob nobilitatis, atque ingenii prærogativam liber ei accessus patebat, perniciosas doctrinas disseminare non erubesceret, quapropter re ad sacræ Inquisitionis tribunal delata juxta hujus Curiæ leges in eum, totamque illius familiam de hæresi valde suspectam inquiritur, eorumque nonnulli capiuntur, alii vero, qua data erat occasio, aufugiunt, quos inter erat etiam Faustus, qui viginti tres circiter annos natus, in Franciam venit, anno autem Domini

mini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Lugdunum delatus a Rez-
 zovio comperit, quod Lælius ejus Pa-
 truus Tiguri mortuus illum omnium bo-
 norum suorum hæredem scripserit. Hoc
 nuntio summum dolorem concepit; ejus
 enim Patruus Nepotem suum tenero
 complectebatur affectu, nec minus ipse
 Nepos vicissim Patruum suum maxime
 diligebat, hocque iter unice aggredie-
 batur, ut ejus Magisterio uti, ejusque
 doctrinis proficere posset.

Ferunt nonnulli, quod inter ambos
 tam frequens fuerit literarum commer-
 cium, ut Patruus se teneri amoris de-
 bito ad hoc obstringi crederet, quate-
 nus omnes errores, quibus ipse scate-
 bat, sigillatim ad Nepotem suum per-
 scriberet, modo tamen nonnihil obscuro,
 non quidem ex eo, ac si Nepotis fideli-
 tatem sibi suspectam haberet, sed id fa-
 ciebat, ut nepotis sui intellectum, nec
 non ambigua extricandi, ac dubia de-
 super efformandi aviditatem magis, ma-
 gisque acueret: cum autem Faustus
 Socinus propinatum hoc venenum li-
 beraliter hauriret, plene Lælii expe-
 ctationi satisfecit, unde hic sæpius ad
 amicos suos dicere solitus erat, quod
 maximæ spei Nepotem haberet, hicque
 aliquando Vir ævi sui celeberrimus e-
 vaderet: porro dum Faustus Patruum sui

Sæcul. XVI.
 A.C. 1566.

D 5

obitum

Sæcul XVI.
A. C. 1566.

obitum perceperat, tanto animi mœ-
 rore sese abripi haud patiebatur, ut non
 Tigurum proficisci pararet, non mo-
 do totam hæreditatis massam, sed præ-
 cipue ejus scripta sibi vendicaturus, quo
 thesauro sat infausto locupletatus in Ita-
 liam reversus est, ubi ob nominis sui
 famam, generis prærogativam, & in-
 genii sui eminentiam eidem brevi ad
 Francisci Medicæi, qui Cosmæ magni
 Florentiæ Ducis filius erat, aulam adi-
 tus patebat, atque huic Principi per-
 carus ab eodem officia suæ nobilitati,
 ingeniique dotibus congrua obtinuit,
 unde aulæ satis voluptuosæ illecebris
 inescatus Patruï sui scripta evolvere,
 ac de Religionis rebus agere parum sol-
 licitus erat; quippe amatorix levitates,
 Aulæ delitiæ, ambitio, Amicorum con-
 sortia, fortunam augendi studia, Prin-
 cipis præsentia, eique complacendi de-
 sideria ipsius animum penitus sibi ven-
 dicabant: tandem vero in hoc vitæ
 genere transactis duodecim annis rur-
 sus perverfas suas doctrinas spargendi,
 nomenque suum inter suæ factionis ho-
 mines celebre reddendi cupiditate in-
 citabatur: quapropter suum desiderium
 expleturus Florentiæ aulam non sine
 mœrore Principis, qui eum plurimi ha-
 bebat, reliquit, atque ultroneo sese exilio
 multans Regna plura pervagatus est:
 cum

cum autem post crebras ejusmodi curfationes Basileam in Helvetia nonnisi Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quarto pervenerit, hinc ab eodem anno hujus Viri historiam prosequamur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

§. XXX.

Epocha opinionum Antitrinitariis familiarium.

Juxta Lælii, & Fausti Socini principia Schomanus Arianismum tradere cæperat, affirmabat enim, quod Dei Filius nec secunda in Trinitate Persona, nec cum Patre idem in essentia esset: quinimo nequidem contentus, ut Patrem æternum Filio majorem constitueret, atque istius consubstantialitatem, æternitatem, & personalitatem realiter a Patris personalitate distinctam negaret, insuper audacter assererat, quod Christus Dominus non sit Deus, sed homo sicut ceteri, re ipsa a Virgine ex operatione, & virtute Spiritus sancti natus. Hanc impietatem præ ceteris primus in Polonia propugnabat quidam nomine Lucsternbergus, cujus systema plures, cum illud penitus inspicere gestirent, adoptabant, ac inde Socinianismo initium dabant, quamvis autem Pinczovienses haud amplius comitiis, ut ibidem disputarent, interessent, nihil-

hilo-

Sæcul. XVI. hilominus semper suos conventus, &
A.C. 1566. Synodos agere pergebant, in quibus lu-
 culenta suæ malitiæ specimina edide-
 runt, cum autem ibidem Farnovius pro-
 pugnasset, quod Verbum extitisset mun-
 di principium, mox Pinczovienses in
 hoc dogma vehementer infurgebant, vi-
 vissim vero alius Sacramentariorum se-
 ctæ addictissimus illos acriter objurga-
 bat, eosque tanquam Arianos traduce-
 bat: denique post crebras verborum
 contentiones, ac mutua convitia, qui-
 bus communi causæ nil fuerat consul-
 tum, indignabundi suum conventum sol-
 verunt, aliamque Synodum ad diem vi-
 gesimam quartam Junii Anni post Chri-
 stum natum millesimi quingentesimi se-
 xagesimi septimi Seriviæ celebrandam
 indixere.

§. XXXI.

Joannis Pauli Alciati obitus.

Sand. Bibl. Referunt nonnulli, hoc item anno,
Antit p. 17. aut forte certius anno priori Joan-
Hist. ref. Pol. nem Paulum Alciatum inter Antitrini-
p. 107. tarios celeberrimum hujus sectæ fau-
 torem obiisse. Hic erat Nobilis Medio-
 lanensis primo profanæ militiæ adscri-
 ptus, qui etiam anno millesimo quin-
 gentesimo quadragesimo sexto Vicenti-
 nis congressibus intereat, ac cum ceteris
 sese Reipublicæ Venetæ inquisitioni op-
 por-

portuna fuga subducere coactus erat; Sæcul. XVI.
A. C. 1566.
 quapropter per varias regiones vagari
 compulsus, tandem Anno Christi mil-
 lesimo quingentesimo quinquagesimo
 octavo unacum Blandrato, Gentili, &
 Gribaldo Genevam secessit, ubi propter
 illos nova fidei norma conficiebatur,
 eo fine, ut eidem hi quoque subscri-
 berent, hacque ratione in Protestan-
 tium Ecclesiis doctrinæ unitas serva-
 retur. Alciatus hanc quoque formu-
 lam adoptasse creditur, brevi tamen
 pœnitentia ductus, ac tam Calvinî,
 quam Genevensium fidelitatem præci-
 pue post Gentilis supplicium, uti in li-
 bro priori memoravimus, suspectam
 habens Tigurum sese recepit, ex qua
 tamen urbe Senatus jussu brevi cum
 aliis inde excedere cogebatur, sub idem
 vero tempus Gentilem e Prætoris Ge-
 siani potestate pecuniarum ope redi-
 mebat, & postea Glavennam profectus
 ob suas erroneas opiniones circa San-
 ctissimam Triadem rursus vexabatur,
 quapropter relicta tandem Helvetia una-
 cum Blandrato in Moraviam conten-
 dit: vix autem ibidem adventabat, dum
 viginti *Theses de Deo uno, & Trino*
 composuit, easque ad suorum amico-
 rum quempiam transmisit, a quo eas
 Prosper Pruvèna accipiens, illasque
 in sua villa prope Racoviam perlegens,
 for-

Sæcul. XVI. A.C. 1566. fortuito in mensa reliquit, quas postea Budzinius reperiens legit, legendasque præbuit Pastelnico illius loci Ministro, qui eas descripsit, ac Lutormiscio Pinzoviensis Ecclesiæ Seniori communicavit, qua demum ratione per potissimas spurix reformationis Ecclesias hæ Theses publici juris fiebant, ac illius Auctori Alciato, quamvis a Polonis nec visus, nec auditus fuisset, genuini Ariani nomen, famamque attribuebant: eapropter cum Cracoviam veniret, mox Collegii Scholares eum infecuti multas pecunias ab eo extorserrunt, ac vix non fustibus exceperunt, eoquod illum esse Arianum suspicarentur: unde eorum manus elabi haud poterat, nisi vociferando, quod in Christum Dominum Dei viventis, & Mariæ Filium crederet. His verbis auditis Scholares a sua rabie desistebant: verum cum de eo Cracoviæ sinistra apud omnes esset opinio, in Transylvaniam secedere cogebatur, ut juncta cum novis Arianis opera de communi causa ibidem ageret.

Verum haud diu in Transylvania commoratus novum dogma ibidem spargebat, asserens, quod Christus Dominus nonnisi in illo momento, quo ex Beatissima Virgine natus est, esse cœperit: porro hæc impia doctrina tam
ab

ab amicis suis, quam a Catholicis, & ^{Sæcul. XVI.} A.C 1566.
 ementitis reformatis novam sibi tempe-
 statem accersebat, unde vexationum
 omni ex parte ingruentium tædio affe-
 ctus, seu, ut inquit Lubienieskus, inter ^{Lubien. hist.}
 tot diversas, quibus spurixæ reformatio- ^{ref. Eccl. Pol.}
 nis Ecclesiæ scindebantur, opiniones, ^{p. 107.}
 quid crederet, ignarus Constantinopo- ^{Beza ep. 81.}
 lin secessit, ut ibidem sua libertate po-
 titus a persecutionibus immunis dege-
 re posset, quin tamen ad Mahometis
 superstitionem deficere meditaretur,
 prout falso plures Scriptorum de illo af-
 firmabant: quinimo nequidem inter
 Turcas extremum obiit diem, sed in
 Moraviam reversus, ac inde Dantiscum
 contendens exeunte Anno Domini mil-
 lesimo quingentesimo sexagesimo quin-
 to, vel ad initium anni sequentis in ea-
 dem urbe mortalitatem exiit, prout
 conjicere licet ex binis epistolis ad Gre-
 gorium Pauli datis, in quarum prima
 Anno Christi millesimo quingentesimo
 sexagesimo quarto, altera autem anno
 sequenti data Alciatus Gregorium iti-
 dem Arianum ab ea doctrina avertere
 moliebatur, qua hic tum credebat,
 quod Christus Dominus ante Matrem
 suam non extiterit, sed primum in par-
 tu Beatæ Virginis esse cœperit. Hæ-
 duæ epistolæ ex Husterilifiana urbe da-
 tæ leguntur: insuper ad eundem Du-
 di-

Sæcul. XVI
A.C. 1566.
*Calvin. ad-
vers. Valent.
Gentil. pag.
659. tract.
Theol.
Beza ep. 81.*

dithius, & Budzinius alias nullius tamen momenti literas dabant: Calvinus vero, & Beza Alciatum tanquam infanum catenis vincendum deridebant; horum quippe primus assererat, quod illa die, qua Italis de hæresi suspectis fidei forma subscribenda proponebatur, Alciatus tanquam insanus debacchari cœperit: alter vero addidit, quod homo sit capitis vertigine laborans, ac phreneticus, qui nonnisi cœco animi impetu abreptus ageret.

§. XXXII.

Jacobi Acontii mors.

*Grasserus
ep. ad Lector.
initio Stra-
tag. Sathan.*

Aliud Antitrinitariorum caput, Jacobus Acontius itidem hoc anno e vivis excessit. Hic erat Philosophus, Jurisconsultus, & Theologus, qui Tridenti natus relicta Italia, ubi aliquamdiu morabatur, in Angliam regnante Elisabetha Regina secessit, ut ibidem adulterinæ reformationi nomen daret; porro ibi excipiebatur ab eadem Regina cum singulari benevolentia testificatione, prout ipsemet ad initium libri sui sub titulo: *Stratagemata Sathanae* testatus est. Hic ipse liber a suo Auctore Reginae nuncupatus sæpius in varia idiomata translatus est, atque iterato prælo prodiit: ecquidem prima editio facta est Basileæ Anno Incarnationis Do-

Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto: Jacobus vero Grassus Anno reparatæ salutis millesimo sexcentesimo decimo alteram editionem adornabat, in qua quidem Acontii epistola *de ratione edendorum librorum* reperitur, ubi Author salutaria prorsus consilia illis suppeditat, qui libros edere moliantur, desideratur tamen ejusdem *de Methodo* tractatus, qui tanquam præclarum opus deprædicatur, quamvis Author hunc libellum nonnisi veluti rude operis delineamentum vulgarit: insuper scripsit Italo sermone quoddam opus de ratione urbes muniendi, quem librum ipse in Anglia commorans latine reddidit, typis tamen nunquam editus videtur: inchoaverat quoque Logices tractatum, cui tamen morte præventus ultimam manum admovere, haud dubie præpediebatur, dum eo tempore adhuc in Anglia hærebat.

Ceterum redarguitur Acontius, quod in suo tractatu de tribus in divinitate Personis nullam mentionem fecerit de *Omonouſion*, seu de Unitate substantiæ in tribus hisce Personis, nec etiam hujus vocis a Concilio Nicæno tantopere commendatæ hostes Paulum Samosatenum, Arium, Photinum, pluresque alios impugnaverit, nec eorum hæreses circa Christi Divinitatem ag-

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. E gres-

Sæcul. XVI
A.C 1566.

Sæcul. XVI
A C. 1567.

gressus fuerit, sed unice in eos infur-
rexerit, qui Filium alium non esse, quam
Patrem affirmabant.

§. XXXIII.

Pii V. Bulla contra Baji errores.

*Bajana tom.
2. op. Baji
p. 49. Et seq.*

Postquam interim Romæ Baji Docto-
ris opera sedulo fuerant discussa,
Pius V. ad Sacræ Sedis honorem id con-
ferre existimans propositiones ex illius
libris decerptas proscripsit, & diploma se-
quens hanc in rem edidit die prima
Octobris Anno Domini millesimo quin-
gentesimo sexagesimo septimo: porro
hoc iudicium præcipue Cardinalis Gran-
vellanus, & Pater Montaltus supremus
Franciscanorum Minister recens electus
urgebant. Erat hæc Constitutio se-
quentibus concepta verbis: „Ex omni-
„bus afflictionibus, quas in hoc loco
„a Domino constituti tam luctuoso
„tempore sustinemus, ille animum no-
„strum præcipue excruciat dolor, quod
„Religio Christiana tantis jam pridem
„turbinationibus agitata, novis quotidie
„propositis opinionibus conflictetur,
„Christique populus antiqui hostis sug-
„gestionibus dissectus, in alios, atque
„alios errores passim, & promiscue de-
„feratur, quantum vero ad nos attinet,
„totis viribus conamur, ut illæ simul,
„atque profiliant, penitus oppriman-
„tur.

„tur. Magno etenim mærore affici- Sæcul. XVI.
 „mur, quod plerique, spectatæ alioqui A. C. 1567.
 „probitatis, & doctrinæ, in varias sen-
 „tentias, offensionis, & periculi ple-
 „nas, tum verbo, tum scriptis pro-
 „rumpant, deque eis, etiam in Scho-
 „lis, invicem controversentur, cujus-
 „modi sunt sequentes.

§. XXXIV.

Baji Propositiones.

Ex Libro I. de meritis operum.

I. Nec Angeli, nec primi hominis
 adhuc integri merita recte vo-
 cantur gratia.

II. Sicut opus malum ex natura
 sua est mortis æternæ meritorium, sic
 bonum opus ex natura sua est vitæ
 æternæ meritorium.

III. Et bonis Angelis, & primo ho-
 mini, si in statu illo perseverasset usque
 ad ultimum vitæ, felicitas esset merces,
 & non gratia.

IV. Vita æterna homini integro, &
 Angelo promissa fuit intuitu bonorum
 operum: & bona opera ex lege naturæ
 ad illam consequendam per se sufficiunt.

V. In promissione facta Angelo, &
 primo homini continetur naturalis ju-
 stitiæ constitutio, qua pro bonis operi-
 bus, sine alio respectu, vita æterna ju-
 stis promittitur.

Sæcul. XVI.

A C 1567.

VI. Naturali lege constitutum fuit homini, ut, si in obedientia perseverasset, ad eam vitam pertransiret, in qua mori non posset.

VII. Primi hominis integri merita fuerunt primæ creationis munera, sed juxta modum loquendi Scripturæ Sacræ non recte vocantur gratia, quo fit, ut tantum merita, non etiam gratia debeant nuncupari.

VIII. In redemptis per Gratiam Christi nullum inveniri potest bonum meritum, quod non sit gratis indigno collatum.

IX. Dona concessa homini integro, & Angelo forsitan non improbanda ratione possent dici gratia, sed quia secundum usum Sacræ Scripturæ, nomine gratiæ, ea tantum munera intelliguntur, quæ per Jesum Christum male merentibus, & indignis conferuntur, ideo neque merita, neque merces, quæ illis redditur, gratia dici debet.

X. Solutio pænæ temporalis, quæ peccato dimisso, sæpe remanet, & corporis resurrectio proprie non nisi meritis Christi adscribi debet.

XI. Quod pie, & juste in hac vita mortali usque in finem conversati, vitam consequamur æternam, id non proprie gratiæ Dei, sed ordinationi naturali

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

turali statim initio creationis constitu-
tæ justo Dei judicio deputandum est,
neque in hac retributione bonorum ad
Christi meritum respicitur, sed tantum
ad primam institutionem generis hu-
mani, in qua lege naturali constitutum
est, ut justo Dei judicio obedientiæ
mandatorum vita æterna reddatur.

§. XXXV.

Alie ejusdem propositiones.

Ex Libro II. de meritis operum.

XII. Pelagii sententia est, opus bonum,
citra gratiam adoptionis fa-
ctum, non esse regni cœlestis merito-
rium.

XIII. Opera bona a filiis adoptio-
nis facta non accipiunt rationem meriti
ex eo, quod fiant per spiritum adoptio-
nis inhabitantem corda filiorum Dei,
sed tantum ex eo, quod sint conformia
legi, quodque per ea præstetur
obedientia legis.

XIV. Opera bona justorum non ac-
cipiunt in die judicii extremi amplio-
rem mercedem, quam justo Dei judi-
cio mereantur accipere.

XV. Docet rationem meriti non
consistere in eo, quod, qui bene ope-
ratur, habeat gratiam, & inhabitantem
Spiritus Sanctum; sed in eo solum,

E 3

quod

Sæcul. XVI
A. C 1567.

quod obediatur divinæ legi: quam sententiam sæpe repetit, & multis rationibus probat toto fere libro.

XVI. In eodem libro sæpe repetit, quod non sit vera legis obedientia, quæ sit sine charitate.

XVII. Dicit sentire cum Pelagio, qui dicunt, esse necessarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam sublimetur ad statum Deificum.

XVIII. Dicit opera Catechumenorum, ut fidem, & pœnitentiam, antè remissionem peccatorum facta, esse vitæ æternæ merita, quam vitam ipsi non consequentur, nisi prius præcedentium delictorum impedimenta tollantur.

XIX. Videtur insinuare, quod opera justitiæ, & temperantiæ, quæ Christus fecit, ex dignitate personæ operantis non traxerint majorem valorem.

XX. Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur pœnam æternam.

§. XXXVI.

Ex Libro I. de prima hominis
justitia.

XXI. Humanæ naturæ sublimatio, & exaltatio in consortium divinæ naturæ debita fuit integritati primæ
con-

conditionis; & proinde naturalis dicenda est, & non supernaturalis.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

XXII. Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad Romanos 2. (*gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt.*) intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.

XXIII. Absurda est eorum sententia, qui dicunt, hominem ab initio, quodam supernaturali, & gratuito dono, supra conditionem naturæ suæ fuisse exaltatum, ut fide, spe, & charitate Deum supernaturaliter coleret.

XXIV. A vanis, & otiosis hominibus, secundum insipientiam Philosophorum excogitata est sententia: hominem ab initio sic constitutum, ut per dona naturæ superaddita fuerit largitate conditoris sublimatus, & in Dei filium adoptatus, & ad Pelagianismum rejicienda est ista sententia.

§. XXXVII.

Ex Libro II. de virtutibus impiorum.

XXV. Omnia opera infidelium sunt peccata.

XXVI. Et Philosophorum virtutes sunt vitia.

XXVII. Integritas primæ creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio,

E 4

quam

Sæcul. XVI. quam sententiam repetit, & probat per
 A.C. 1567. multa capitula.

XXVIII. Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio, nonnisi ad peccandum valet.

XXIX. Pelagianus est error, dicere, quod liberum arbitrium valeat ad ullum peccatum vitandum.

XXX. Non solum fures ii sunt, & latrones, qui Christum, viam, & officium veritatis, & vitæ negant, sed etiam quicumque aliunde, quam per ipsum in viam justitiæ (hoc est aliquam justitiam) conscendi posse docent, aut tentationi ulli sine gratiæ ipsius adjutorio resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur, aut ab ea non superetur.

§. XXXVIII.

Ex Libro de Charitate.

XXXI. **C**haritas perfecta, & sincera, quæ est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, tam in Catechumenis, quam in pœnitentibus potest esse sine remissione peccatorum.

XXXII. Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.

XXXIII. Catechumenus juste, recte, & sancte vivit, & mandata Dei ob-

observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quæ in baptismi lavacro demum percipitur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

XXXIV. Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur, ut auctor naturæ, & gratuiti, quo Deus amatur, ut beatificator, vana est, & commentitia, & ad illudendum sacris literis, & plurimis veterum testimoniis, excogitata.

XXXV. Omne, quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est.

XXXVI. Amor naturalis, qui ex viribus naturæ exoritur, ex sola philosophia per elationem præsumptionis humanæ cum injuria Crucis Christi defenditur a nonnullis doctoribus.

XXXVII. Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit.

XXXVIII. Omnis amor creaturæ rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quæ a Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, qua per Spiritum Sanctum in corde diffusa Deus amatur.

§. XXXIX.

Ex Libro de libero Arbitrio.

E 5

XXXIX.

Sæcul. XVI. XXXIX.
A.C. 1567.

Quod voluntarie fit, etiam si necessitate fiat, libere tamen fit.

XL. In omnibus suis actibus peccator fervit dominanti cupiditati.

XLI. Is libertatis modus, qui est a necessitate, sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis, sed solum nomen libertatis a peccato.

§. XL.

Ex Libro de Justitia.

XLII. Justitia, qua justificatur per fidem impius, consistit formaliter in obedientia mandatorum, quæ est operum justitia, non autem in gratia aliqua animæ infusa, qua adoptatur homo in filium Dei, & secundum interiorem hominem renovatur, ac divinæ naturæ confors efficitur, ut sic per Spiritum Sanctum renovatus, deinceps bene vivere, & Dei mandatis obedire possit.

XLIII. In hominibus poenitentibus, ante Sacramentum absolutionis, & in Catechumenis ante baptismum est vera justificatio, separata tamen a remissione peccatorum.

XLIV. Operibus plerisque, quæ a fidelibus fiunt, ut Dei mandatis pareant, cujusmodi sunt, obedire parentibus, depositum reddere, ab homicidio,

dio, a furto, a fornicatione abstinere, Sæcul. XVI.
A.C. 1567.
 justificantur quidem homines, quia sunt
 legis obedientiæ, & veræ legis iusti-
 tiæ, non tamen iis obtinent incremen-
 ta virtutum.

§. XLI.

Ex Libro de Sacrificio.

XLV Sacrificium Missæ non alia ratio-
 ne est Sacrificium, quam ge-
 nerali illa, qua omne opus, quod fit,
 ut sancta Societate Deo homo inhæ-
 reat.

Ex Libro de peccato originis.

XLVI. Ad rationem, & definitio-
 nem peccati non pertinet voluntarium:
 nec definitionis quæstio est, sed causæ,
 & originis, utrum omne peccatum
 debeat esse voluntarium: unde pecca-
 tum originis vere habet rationem pec-
 cati, sine ulla relatione, ac respectu
 ad voluntatem, a qua originem ha-
 buit.

XLVII. Peccatum originis est ha-
 bituali parvuli voluntati voluntarium,
 & habitualiter dominatur parvulo: eo-
 quod non gerit contrarium voluntatis
 arbitrium, & ex habituali voluntate
 dominante fit, ut parvulus decedens si-
 ne regenerationis Sacramento, quando
 usum rationis consecutus est, actualiter
 Deum

Sæcul. XVI. Deum odio habeat, Deum blasphemet,
A.C. 1567. & legi Dei repugnet.

XLVIII. Prava desideria, quibus ratio non consentit, & quæ invitus patitur, sunt prohibita præcepto, *non concupisces.*

XLIX. Concupiscentia, sive lex membrorum, & prava ejus desideria, quæ inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.

L. Omne scelus est ejus conditionis, ut suum auctorem, & omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio.

LI. Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt, qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum majoribus.

LII. Diffinitiva hæc sententia, Deum homini nihil impossibile præcepisse, falso tribuitur Augustino, cum Pelagii sit.

LIII. Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.

§. XLII.

Ex Tractatu de oratione pro defunctis, & de Indulgentiis.

LIV. In peccato duo sunt, actus, & reatus: transeunte autem actu, nihil manet nisi reatus, sive obligatio ad pœ-

pœnam: unde in Sacramento Baptismi, Sæcul. XVI.
 aut Sacerdotis absolutione, proprie reatus peccati duntaxat tollitur, ministerio
 autem Sacerdotis solum reatus tollitur. A C 1567.

Ex Tractatu de Indulgentiis.

LVI. Quando per eleemosynas, aliaque pœnitentiæ opera Deo satisfacimus pro pœnis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant (nam alioqui essemus, saltem aliqua ex parte redemptores) sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur, & communicatur.

LVII. Per Passiones Sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta, sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impertiuntur, ut digni simus, qui pretio Sanguinis Christi a pœnis pro peccatis debitis liberemur.

LVIII. Celebris illa Doctorum distinctio, Divinæ legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad præceptorum operum substantiam tantum, altero quantum ad certum quemdam modum, videlicet secundum quem valeant operantem perducere ad regnum æternum (hoc est ad modum meritorium) commentitia est, & explodenda. Illa quoque

Sæcul XVI.
A C. 1567. que distinctio, qua opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex objecto, & omnibus circumstantiis rectum est, & bonum (quod moraliter bonum appellari consuevit) vel quia est meritorium regni æterni, eoquod fiat a vivo Christi membro per Spiritum Charitatis, rejicienda putatur.

LX. Similiter & illa distinctio duplicis justitiæ, alterius, quæ fit per Spiritum Charitatis inhabitantem, alterius, quæ fit ex inspiratione quidem Spiritus Sancti cor ad pœnitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis, & in eo charitatem diffundentis, qua divinæ legis justificatio impleatur, odiosissime & pertinacissime rejicitur.

LXI. Denique & illa distinctio duplicis vivificationis, alterius, qua vivificatur peccator, dum ei pœnitentia, & vitæ novæ propositum & inchoatio per Dei gratiam inspiratur, alterius, qua vivificatur, qui vere justificatur, & palme vivus in vite Christo efficitur, commentitia indicatur, & Scripturis minime congruens.

LXII. Non nisi Pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus, & gratiæ Christi injuriam facit, qui ita sentit, & docet.

LXIII. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

LXIV.

LXIV. Homo peccat, etiam damnabiliter in eo, quod necessario facit. Sæcul XVI.
A C. 1567.

LXV. Infidelitas pure negativa in his, quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.

LXVI. Justificatio impii fit formaliter per obedientiam legis, non autem per occultam communicationem, & inspirationem gratiæ, quæ per eam justificatos faciat implere legem.

LXVII. Homo existens in peccato mortali, sive in reatu æternæ damnationis, potest habere veram charitatem, & charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis.

LXVIII. Per contritionem etiam charitate perfectam, & cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut Martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti.

LXIX. Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum: unde & Job, & Martyres, quæ passi sunt, propter peccata sua passi sunt.

LXX. Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis.

LXXI.

Sæcul. XVI. LXXI. Concupiscentia in renatis
 A.C. 1567. relapsis in peccatum, in quibus jam do-
 minatur peccatum est, sicut & alii ha-
 bitus pravi.

LXXII. Motus pravi concupiscen-
 tiæ sunt pro statu hominis vitiati,
 prohibiti præcepto: *non concupisces*: un-
 de homo eos sentiens, & non consen-
 tiens, transgreditur præceptum: *non*
concupisces: quamvis transgressio pecca-
 tum non reputetur.

LXXIII. Quamdiu aliquid concupi-
 scentia carnalis in diligente est, non
 facit præceptum: *diliges Dominum Deum*
tuum ex toto corde tuo.

LXXIV. Satisfactiones laboriosæ ju-
 stificatorum non valent expiare de con-
 digno pœnam temporalem restantem
 post culpam condonatum.

LXXV. Immortalitas primi hominis
 non erat gratiæ beneficium, sed natu-
 ralis conditio.

LXXVI. Falsa est doctorum senten-
 tia, primum hominem potuisse a Deo
 creari, & institui sine justitia naturali.

„Quas quidem sententias stricto co-
 „ram nobis examine ponderatas (quam-
 „quam nonnullæ aliquo pacto sustineri
 „possent in rigore, & proprio verborum
 „sensu ab assertoribus intento) hære-
 „ticas, erroneas, suspectas, temera-
 „rias, scandalosas, & in pias aures of-
 „fense

„fensionem immittentes, respective, ac
 „quæcunque super iis verbo, scriptoque
 „emissa præsentium auctoritate damna-
 „mus, circumscribimus, & abolemus,
 „deque eisdem, & similibus posthac,
 „quoquo pacto loquendi, scribendi, &
 „disputandi facultatem quibuscunque
 „interdicimus: qui secus fecerint, ipsos
 „omnibus dignitatibus, gradibus, hono-
 „ribus, beneficiis, & officiis perpetuo
 „privamus, ac etiam inhabiles ad quæ-
 „cunque decernimus, vinculo quoque
 „anathematis eo ipso innodamus, a quo
 „nullus Romano Pontifice inferior, va-
 „leat ipsos excepto mortis articulo li-
 „berare. Ceterum ut jam commoti his
 „de rebus tumultus, & contracta odia
 „facilius comprimi possint, simulque ani-
 „marum saluti plenius consulatur, di-
 „lecto filio nostro Antonio, titulo San-
 „cti Bartholomæi in Insula Presbytero
 „Cardinali, Granvellano nuncupato,
 „per Apostolica Scripta mandamus, ut
 „ipse, quid ad perpetuam dictarum Sen-
 „tentiarum, & scripturarum abolitio-
 „nem, quid ad arcenda hujusmodi pro-
 „loquia, & disputationes, quid deni-
 „que ad unionem, & pacem cum com-
 „muni omnium, & Ecclesiæ Catholicæ
 „satisfactione componendam factu opus
 „sit, imprimis diligenter expendat, de-
 „inde in iis omnibus, quæ pro com-

Sæcul. XVI.
 A.C. 1567.

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. F muni

Sæcul XVI
A. C. 1567.

„muni salute, tranquillitate, & hono-
 „re optimum judicaverit, salva semper
 „Ecclesiæ prædictæ unitate, etiam per
 „alium, seu alios fide, doctrina, &
 „religione præstantes ocyus exequatur,
 „faciatque, quidquid decreverit invio-
 „late ab omnibus observari, contradi-
 „ctores quoslibet per censuras, & pœ-
 „nas prædictas, ceteraque juris, & fa-
 „cti remedia opportuna, appellatione
 „postposita, compescendo invocato et-
 „iam ad hoc, si opus fuerit, auxilio
 „brachii sæcularis, non obstantibus,
 „quod forsitan aliquibus ab Apostolica
 „sit, Sede indultum, quod interdicti, su-
 „spendi, vel excommunicari non pos-
 „sint, per literas Apostolicas non facien-
 „tes plenam, & expressam de verbo ad
 „verbum de indulto hujusmodi mentio-
 „nem, & quibuslibet aliis privilegiis,
 „exceptionibus, indulgentiis, & lite-
 „ris Apostolicis specialibus, vel gene-
 „ralibus, quorumcunque tenorum exi-
 „stant, per quæ præsentibus non ex-
 „pressa, vel totaliter non inserta, esse-
 „ctus præsentium impediri valeat quo-
 „modolibet, vel differri, & de quibus,
 „quorumque totis tenoribus de verbo
 „ad verbum habenda sit in nostris lite-
 „ris mentio generalis. Nulli ergo omni-
 „no hominum liceat hanc paginam no-
 „stræ damnationis, circumscriptionis,
 „abo-

abolitionis, interdicti, decreti, & man-
 dati, privationis, & innodationis in-
 fringere, vel ei ausu temerario con-
 traire: si quis autem attentare præ-
 sumperit, indignationem Omnipoten-
 tis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli
 Apostolorum ejus, se noverit incurfu-
 rum. Datum Romæ apud Sanctum
 Petrum, Anno Incarnationis Domini-
 cæ millesimo, quingentesimo, sexage-
 simo septimo, prima Octobris Ponti-
 ficatus nostri anno secundo.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1567.

§. XLIII.

*Hæc Constitutio a Cardinale Gran-
 vellano ad Morillonum Vicarium ge-
 neralem suum transmissa.*

Quamprimum hæc Constitutio in Va-
 ticano Palatio fuerat approbata,
 mox Granvellanus Cardinalis, illam ad
 effectum deducere, suæque auctoritate
 munire jubebatur: igitur is illam trans-
 misit ad Maximilianum Morillonum
 suum Mechliniensis Archiepiscopatus
 Vicarium Generalem, ac tum Arienfis
 Ecclesiæ in Arthesiæ Comitatu Præpo-
 situm, & postea Tornacensem Episco-
 pum, qui Bruxellis agebat, cum Car-
 dinalis literas die decima tertia No-
 vembris hoc anno datas acciperet: por-
 ro haud abs re erit, si propria, quibus

Sæcul. XVI. hic Cardinalis scripsit, verba huc referens:
A.C. 1567. ramus:

§. XLIV.

Cardinalis literæ ad Morillonium.

Illustrissime Præposite.

„**E**x hisce literis Gallice exarratis percipies, quod Bajus Doctor librum quemdam typis mandari curavit (*). Verum Deum testor, quod quam maxime optarim, ut Bajus nunquam calamum arripuisset; valde enim timeo, ne tunc, si rem debito modo, ut læsæ causæ remedium apponat, non explicet, in graves sese angustias conjecturus sit: nam non raro Viri docti suos libros diligunt sicut Parentes suos Filios, quos infano amore complectuntur, & ad illos tuendos sæpe magnis periculis sese exponunt: utinam non idem huic Doctori contingat, cum hac ratione exitium sibi pararet, quamvis alias Ecclesiæ deservire possit. Deinde animadverto, quod seniores Theologi Lovanienses (***) ægre tulerint, a Bajo ejusmodi propositiones fuisse enuntiatas: enimvero illorum indignatio

(*) Erat hic liber collectio operum Bajus quæ anno 1563. typis vulgata fuere.

(**) Hi erant Richardus Tapperus, & Jodocus Rayesteinius.

Sæcul. XVI.
A. C. 1567

„tio justitiam spirat, quantumcunque
 „enim aliquis doctrina eminent, decen-
 „tix tamen leges vetant, ne suæ opi-
 „nioni pertinaciter inhæreat, illamque
 „sententiis in Schola comprobatis præ-
 „ferat: aliunde vero tibi notum est,
 „quamlibet novitatem esse periculosam.
 „Ceterum epistolam meam Bajo exhi-
 „bere poteris, ac cum eo familiariter
 „conferre, & explorare, an ad officium
 „redire velit, cum sane id optimum
 „foret, hinc idipsum sincere desidero
 „ob affectum, quo in eum feror; mo-
 „neas ergo illum sincere de periculo,
 „cui sese exponeret, nisi rationi cedere
 „vellet. Ejus liber est perversus, ideo
 „necessitas suadet, ut illum expurget,
 „sicque Universitatis membra intelligant,
 „quod ejusmodi propositiones permit-
 „tendæ non sint: porro re hac præstita,
 „cetera omnia sine strepitu componi
 „poterunt, igitur te rogo, ut ea, qua
 „vales, sollicitudine, ac promptitudine
 „hoc negotium dirimas: interim pote-
 „ris etiam, si tibi bene visum fuerit,
 „hac de re conferre cum Albæ Ducis
 „Confessario, necnon cum nostro Ma-
 „gistro Tiletano, seu Jodoco Ravestei-
 „nio, & Jansenio. Ast in nomine Do-
 „mini rem ita instruas, ut hi Doctores
 „absque animi impetu rem aggredien-
 „tes cum charitate vere Christiana pro-
 „cedant,

F 3

„cedant,

Sæcul. XVI
A.C. 1567.

„cedant, sicque leniter culpa reparetur,
 „id enim magis in Universitatis, ac eo-
 „rum omnium honorem cedet, illisque
 „majorem existimationem procurabit,
 „quam si severitate usi fuissent: insuper
 „iidem poterunt tibi suggerere media,
 „a te observanda, ut omnibus mederi
 „valeas juxta Sanctitatis suæ volunta-
 „tem: verum dexteritate, ac modera-
 „tione utaris velim, ut noster Magister
 „Bajus convictus sit, quod nullus ei
 „adversetur, cum potius nos eidem obse-
 „quium præstare parati simus, ea ta-
 „men lege, ut sese subjiciat; secus enim
 „cum ingenti animi mei dolore illum
 „derelinquere deberem. Commendo
 „me piis tuis memoriis rogans Creato-
 „rem, ut tua adimpleat desideria: da-
 „tum Romæ die decima tertia Novem-
 „bris anno Christi millesimo quingen-
 „tesimo sexagesimo septimo. „

Ex hisce literis clare deprehenditur,
 quod Cardinalis Granvellanus Bajum
 plurimi habuerit, eumque sua benevo-
 lentia dignatus fuerit; nam scripsit ad-
 huc aliam epistolam ad eundem, ubi
 hunc Doctorem dilaudat. Datæ sunt
 hæ literæ eodem die, quo priores, qua-
 rum sequens est tenor.

§. XLV.

§. XLV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Altera Cardinalis epistola ad Morilonium.

„Haud immemores sumus diffidiorum, ^{Bajana}
 „quæ nonnulli suscitabant, dum ^{p. 61. & seq.}
 „propositiones a nostris Magistris Mi-
 „chaele Bajo, & jam defuncto Joanne
 „Hesselio Lovanii in Scholis, ac dispu-
 „tationibus enuntiatas impugnare mo-
 „liti sunt: unde controversiæ eo pro-
 „cesserunt, ut quidam Religiosi ex Or-
 „dine sancti Francisci in Atheni suo
 „conventu, & alibi adversus eos decla-
 „marint, & præfatas propositiones a
 „Parifina Facultate, prout illas ex eo-
 „rum libris decerpserunt, proscribi cu-
 „rarint: exinde autem major adhuc ti-
 „menda est offensio, gravioresque tu-
 „multus, quibus Lovaniensis Universi-
 „tatis honor lædetur: insuper posset
 „quoque inde oriri dissensio inter ipsos
 „Universitatis Magistros, eoquod illi,
 „quibus hæ propositiones offensioni e-
 „rant, sunt Seniores inter Doctores,
 „illi vero, qui eas enuntiarunt, sunt
 „homines docti, pii, magnæque aucto-
 „ritatis, suosque fautores in hac Schola
 „numerant, aliunde vero, si se subji-
 „ciunt, uberes fructus Ecclesiæ con-
 „ferre possunt: ut igitur hisce malis re-
 „medium opponatur, Pius IV. felicis

F 4

„re-

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

„recordationis Pontifex mihi injunxit,
 „ut utrique parti silentium imponerem,
 „eisque indicta anathematis poena præ-
 „ciperem. ut a vocibus non usitatis in
 „Scholis deinceps abstineant, nec ul-
 „lam de iis mentionem faciant, neque
 „in læsionem horum Doctorum quic-
 „quam proferant. Id etiam exacte ef-
 „fectui dedi: progressu autem tempo-
 „ris contigit, ut Doctor Bajus Lovanii
 „suos libros typis vulgaret, quibus *tra-*
 „*ctatum de libero arbitrio* unacum aliis
 „opusculis articulos hodiedum in Ec-
 „clesia controversos concernentibus in-
 „seruit: ast hæc ipsa opuscula Romam
 „missa inter Doctores ingens suscita-
 „runt scandalum, adeo, ut summus
 „Pontifex perlectis hisce libris, ac per-
 „cepto aliorum judicio maximopere
 „commotus fuerit, atque ardentem ex-
 „optaverit, ut præfatus Doctor, quem
 „ut nosti, multum amo, ab edendis
 „suis libris abstinuisset, necnon Aposto-
 „licis jussis, quæ eidem significabam,
 „obtemperasset. Postea Pontifex in me-
 „moriam mihi revocabat ea, quæ tum
 „gesta fuere, dum ejus Prædecessor nu-
 „per defunctus mihi hoc negotium com-
 „mittebat: equidem hujus Doctoris me-
 „rita, necnon præclara, quæ Ecclesiæ
 „præstare posset, obsequia eidem ex-
 „posui, ac rogavi, ut virtutis, & stu-
 „dii

„dii in hoc Doctore eminentis rationem
 „habere, eumque, quantum fieri pot-
 „erit, benigne, ac sine offensione ha-
 „bere velit: id quoque summus Ponti-
 „fex magna pietate, ac charitate vere
 „Christiana mihi indulfit, præfati Baji
 „sortem miseratus, eumque in hunc er-
 „rorem ideo prolapsus ratus, quia ex
 „impetu disputationis cum suis confrat-
 „ribus habitæ animatus esset, ubi pro-
 „ut sæpe fieri amat, propositionem ex
 „injuria prolatam propugnare aliquis
 „veluti adstringitur, & si ita loqui fas
 „est, quali vi cogitur ad proferendas a-
 „lias magis adhuc absurdas, magisque
 „Religioni adversas: quapropter Papa
 „mihi concessit, ut salva fidei veritate,
 „& sine ejus auctoritatis, ac dignita-
 „tis præjudicio circa hunc Doctorem
 „id omne decerneretur, quod fieri pot-
 „erit, dummodo ille cunctis, quæ ipsa
 „æquitas deposcit, necnon Pontificis
 „censuris sese subicere velit, proin ut
 „hac in re cum charitate requisita pro-
 „cedatur, hinc primum præfatorum
 „librorum folium, ne libri Auctor, aut
 „typi locus agnosci queat, fuit ablatum,
 „& postea hic idem liber plurium ex
 „variis Nationibus Doctorum examini
 „subjectus, qui tamen una omnes plu-
 „res hujus libri propositiones censuris
 „perstrinxerunt, eodem modo, quem

Sæcul. XVI.
 A.C. 1567.

Sæcul. XVI. „deprehendes in hac Pontificis Bulla,
A.C 1567. „quam ad te unacum epistola trans-
 „mitto, ubi circa præfatas propositio-
 „nes damnatas declaratur, quod ea-
 „rum quædam sint suspectæ, aliæ er-
 „roneæ, aut scandalosæ, atque illarum
 „non paucæ, quamvis juxta rigorem
 „in sensu sano exponi, atque excusari
 „possent, nihilominus piis legentium
 „auribus offensionem sint. Hæc quoque
 „damnatio adeo generalis fuit unacum
 „addito verbo: *respective*, ut major mo-
 „deratio adhiberi non potuisset.

„Cum autem, prout in hac Bulla
 „videbis, Papa mihi injungat, ut vel
 „per me, vel per alios, quicquid salva
 „Religionis dignitate convenire judi-
 „cavero, ad componendum hoc nego-
 „tium in usum deducam, malumque,
 „quod inde oriri posset, præpediam, ad
 „quod opus tu maximo omnium Zelo,
 „ac moderatione præditus videris, ut
 „proin huic desiderio satisfacere possis,
 „cum notum habeam affectum, quem
 „erga Bajum foves, quinimo ego ipse-
 „met illum æstimo tanquam Virum pro-
 „bum, maximeque orthodoxum, qui
 „quamprimum de censura, & Sanctita-
 „tis decisione certior reddetur, eidem
 „contradicere ausurus non erit; secus
 „enim conceptam de ipso piam opinio-
 „nem abjicerem, illumque meo præsi-
 „dio

Sæcul XVI.
A. C. 1567.

„dio indignum reputarem, quamvis eum
 „hucusque tanquam virum virtuti de-
 „ditum, ac bona indole præditum, cu-
 „jus quoque consiliis me singulis die-
 „bus usurum spero, veneratus sum, hinc
 „consultum mihi videtur, quod il-
 „lum advoces, eique meo nomine, quæ
 „tibi perscripsi, significes, Bullæque
 „authographum tradas, in quo Ponti-
 „ficis mentem perspiciet, ac cognoscet,
 „quod ego, ne partibus meis deessem,
 „hanc Bullam exequi compulsus fue-
 „rim, quamvis id absque ullius offen-
 „sione, quantum fieri poterit, ad usum
 „deduci desiderem: præterea ex hac
 „Bulla perspiciet, quod nec ipsius, nec
 „libri mentio fiat, sed duntaxat
 „quædam propositiones memorentur
 „decerptæ ex quodam libro, quin in-
 „dicetur, qualis hic sit, quia tamen
 „hic liber publici juris sit factus, ideo
 „remedium opponere necesse fuit; non
 „enim mihi perspectum est, quod a dam-
 „natione abstinere potuerit, simulque
 „omnia exemplaria supprimi. Cete-
 „rum si necessitas suadet, ut hanc Bul-
 „lam, postquam cum hoc Doctore prius
 „ea de re egisti, Decano, & præcipuis
 „Facultatis membris exhibeas, id fa-
 „cere poteris, ut omnes Sanctitatis
 „suæ censuram scientes non permittant,
 „quatenus ejusmodi propositiones pro-
 „pugnent

Sæcul. XVI. „pugnentur, qualicumque demum glossa,
 A.C. 1567. „aut interpretatione circumscriberentur,
 „certum enim te esse volo, quod ad
 „eas excusandas, jam omne, quantum
 „fieri potuit, studium fuerit adhibitum,
 „ac summus Pontifex in hac caussa tan-
 „tam impenderit diligentiam, ut am-
 „plior adhiberi non potuisset, etiam si
 „de salvando toto Orbe ageretur, nam
 „res tanti est momenti, & Pontifex
 „eam tantopere cordi habet, ut tunc,
 „ni prompte occurreretur, majus ma-
 „lum Ecclesiæ imminere vereatur:
 „itaque anxie per te certior reddi cu-
 „pio, quomodo hoc negotium pertra-
 „ctetur, ut desuper Pontifici referre
 „valeam: interim opto sincere, ut
 „præfatus Doctor hanc rem æquo ani-
 „mo ferat, cunctaque pericula evitet,
 „in quæ, si aliam agendi rationem in-
 „eat, impingere posset. Ceterum rogo
 „te omni, quo possum, affectu, ut
 „nulli solertiæ parcas, eorumque, quos
 „tibi expedire videbitur, consilia ad-
 „hibeas, præcipue vero sollicite exclu-
 „das illos, quos nimium contra hunc
 „Doctorem exacerbatos deprehendes:
 „nulla enim hac in re alia est intentio,
 „nisi ut malo, sicuti dixi, remedium
 „afferatur, & quantum fieri poterit,
 „hic Doctor non offendatur: ex altera
 „autem parte nequaquam a Sanctitatis
 „sue

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

„suæ mente devietur, nihilque eorum
 „præmittatur, quæ ad conservandam
 „doctrinæ puritatem conferre possunt.
 „Denique omni studio me piis tuis me-
 „moriis commendans Creatorem exoro,
 „ut tua adimpleat desideria. Datum
 „Romæ die decima tertia Novembris
 „Anno Domini millesimo quingentesimo
 „sexagesimo septimo. „

Tertiam adhuc epistolam idem Car-
 dinalis Granvellanus scripsit, quæ ta-
 men ad nostras manus non pervenit.
 Acceptis hisce literis Mechliniensis Vi-
 carius Generalis Michaeli Bajo signifi-
 cabat, quatenus die vigesima secunda
 Decembris Bruxellas venire velit, ut
 cum illo de negotiis sibi Roma com-
 missis agere posset. Ad hæc die vige-
 sima ejusdem Mensis Bajus Doctor se
 præstituta die venturum respondit, ea-
 demque occasione Parocho Mechli-
 niensi ad Sanctum Joannem indicavit,
 quod Sacræ Sedis decretis se subdicere
 vellet, ac sua docilitate omnibus satis-
 factum iri speraret: priusquam vero
 sese itineri accingere poterat, Moril-
 lonius totius hujus rei feriem, ac nor-
 mam, quam juxta Pontificis mentem,
 & mandata a Cardinale recepta tenere
 decrevisset, Cardinali perscripsit sequen-
 tibus his verbis. Eminentissime Domi-
 ne: „Trinas Illustrissimæ Dominationis
 „tuæ

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.
 „tuæ literas unacum demandato ne-
 „gotio in caussa nostri Magistri Bajii
 „heri recepi præter Bullam Sanctissimi
 „Domini nostri Papæ, qui merito pro-
 „positiones ibi contentas damnavit,
 „cum eadem unice ad ciendos tumul-
 „tus idoneæ sint: insuper cuncta ad
 „me perscripta perlegi, ac tuum con-
 „siliium ad unquem sequor, sperans,
 „quod Deo adjuvante desuper gratum
 „tibi nuntium referre possim: desuper
 „contuli cum Sant - Bavone, ut præ-
 „viam hujus rei notitiam habeat, si
 „profanæ potestatis auxilio opus est,
 „cum in rebus judiciariis haud exigat-
 „tur Regium *Placet*. Accersivi quoque
 „præfatum Bajum, quem cras ventu-
 „rum credo, ubi experiar, quid per-
 „rationes, & lenitatis viam efficere
 „potero: si autem illum flecti nescium
 „comperero, nostrum Dominum Deca-
 „num (*) & Parochum (***) Socios
 „advocabo, ut rei gestæ testes habeam:
 „confido autem, quod paternis, ac
 „charitate plenis monitis ad saniora
 „reduci possit: certe enim Illustrissima
 „vestra Dominatio in ejus favorem ma-
 „gna

(*) Hic erat Jansenius postea Gandaven-
 sis Episcopus.

(**) Nempe Parochus Bruxellensis ad Sanctam
 Gudulam.

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

„gna præstitit, dum in hac Bulla
 „ejus nomen exprimi præpedivit: prin-
 „cipale autem objectum est illius liber,
 „qui omnino supprimendus est: de ce-
 „teris autem utut res se habent, quo-
 „niam semper hunc Doctorem tanquam
 „Virum probum, ac sincerum venera-
 „tus sum, hinc spero, quod illum fa-
 „cilius inclinaturus sim, ac olim Ma-
 „gistrum Joannem Lovaniensem (*)
 „qui quidem doctus, suis tamen opi-
 „nionibus, erroribusque pertinaciter im-
 „mortuus est, cui Deus sit propitius,
 „Scripti ad Illustrissimam Domina-
 „tionem vestram ea, quæ mihi narrabat
 „noster Lupi, dum adhuc Mechliniæ
 „eram, postea vero Lovanium dela-
 „tus, desuper contuli cum præfato Bajo,
 „qui hac in re sese subjecturum promi-
 „sit: insuper idem perscripsit ad Mech-
 „liniensem sancti Joannis Parochum,
 „qui eidem responsum dedit, quod ap-
 „positum reperies epistolæ, quam ad
 „me heri Bajus scripsit, ubi fit relatio
 „de colloquio Lovanii hac super re in-
 „ter nos habito, dum ei exponebam,
 „omnem novitatem periculis subjici.
 „Acriter Bajus querebatur de Tiletano,
 „qui juxta ipsius relationem gloria-
 „batur,

(*) Seu Joannem Hesselium jam mor-
 tuum.

Sæcul. XVI. „batur, brevi adventuram esse Bullam
A.C.1567. „unacum censuris, in id tamen incum-
 „bam, ut inter utrumque concordia
 „restitui possit, salva tamen Religione,
 „& præfati Tiletani auctoritate, nam
 „cum illo sanior Facultatis pars con-
 „spirat. Insuper præfatam Bullam com-
 „municabo Albæ Ducis Confessario, (*)
 „ut de ejus mente certior reddar: idem
 „quoque præstabo cum ceteris ejus Or-
 „dinis Fratribus; ut enim rem probe
 „aggrediar, mihi consultum videtur,
 „quod Pepinus Provincialis, necnon
 „Namurcensis, Aethensis in Hannonia,
 „& Audomaropolitanus Guardiani hisce
 „novitatibus olim addicti accersantur,
 „ut eisdem quoque hæc Bulla, ac cen-
 „sura significetur, ne illius ignorantiam
 „obtendere valeant, imposterum autem
 „diversam agendi rationem teneant.
 „Datum Bruxellis die vigesima prima
 „Decembris.,

§. XLVI.

*Facultas Morillonii jussu ad propo-
 neudam ei Bullam convocata.*

Postea Morillonius Bajo demandatum
 sibi negotium, Papæ constitutio-
 nem, necnon ejusdem sicut, & Cardi-
 nalis Granvellani consilia significabat,
 ubi

(*) Erat is ex ordine S. Francisci.

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

ubi mox etiam Bajus Morillonii jussis obtemperabat, seque adeo submissum, ac docilem exhibebat, ut illico Vicarius Generalis sponderet, se die vigesima nona ejusdem Mensis Decembris Lovanium venturum, ut Decano, necnon Facultatis Theologicæ, quæ vulgo *stricta* vocatur, Theologis una congregatis Bulla prælegeretur, eaque omnibus hujus conventus membris communicaretur, quatenus sic ejus tenor omnibus innotesceret, necnon cuncti tam universim, quam particulariter Pontificis decisioni subscriberent, atque opportuna seligerent media, quibus ex Universitate omnes opiniones a sacra Sede proscriptæ eliminarentur, ea tamen lege, ut cuncta clam, atque sine judicii strepitu fiant, ne Michaelis Baji honori exinde præjudicium inferretur: itaque ad Facultatis sententiam Vicarius Generalis provinciam sibi demandatam absque strepitu juxta Pontificis consilium, ac Granvelli Cardinalis mandatum exequebatur, dieque præfixa Lovanium contendit.

§. XLVII.

Decani testimonium de hac Bulla omnibus insinuata.

Percipiamus insuper, qualiter eadem die Jansenius tum Facultatis Decanum, tum G. canus,

Bajan. p. 66.

Hist. Eccles. Tom. XLVIII.

G canus,

Sæcul. XVI
A.C. 1567.

canus, ac postea Gandavenfis Episcopus, ceterique omnes Theologi numero septem, scilicet, Bajus, Jodocus Ravesteinius, Lindanus, Hunnæus, Gozæus, Lunerus Petri, & Cornelius Raynetus hanc Bullam sibi esse exhibitam testabantur: ex his enim Doctoribus Facultas præcipue constabat.

„Decanus pro tempore Facultatis
„S. Theologicæ in Universitate Lovaniensi omnibus, & singulis præsentibus literas inspecturis salutem in Domino. Notum vobis facimus, quod die datæ præsentium indicta ad hoc specialiter Congregatione dictæ facultatis comparuerit coram nobis R. D. Maximilianus Morillonius, Præpositus Ecclesiæ D. Petri Arienfis, & Illustrissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Granvellani, Archiepiscopi Mechliniensis Vicarius Generalis, qui ibidem exposuit brevi se accepisse Bullas Apostolicas S. D. N. Pii Papæ V. expeditas Romæ Calendas Octobris ultimo præteriti, Pontificatus sui anno secundo, quibus certæ sententiæ, & scripturæ, proloquia, & disputationes damnantur, *respective tanquam erroneæ, hæreticæ, scandalosæ, & piarum aurium offensivæ*, quamquam earum nonnullæ aliquo pacto sustineri possent in rigore, & proprio verborum sensu

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

„sensu ab Assertoribus intento, quibus
 „pauci aliqui Magistri hæctenus in nostra
 „Schola novo more usi ferebantur, qua-
 „rum literarum executionem sua San-
 „ctitas mandavit dicto Illustrissimo Do-
 „mino, qui per suas literas datas Romæ
 „decima tertia Novembris ultimo præ-
 „teriti, ac ejus manu signatas dictum
 „D. Præpositum, suum Vicarium, sub-
 „delegavit, vices suas hac in parte ei
 „plenarie committendo, qui dictas Bul-
 „las Apostolicas, & literas Illustrissimi
 „Domini sui fanas, & integras nobis
 „cum debita reverentia exhibuit, & ea-
 „rum tenorem de verbo ad verbum
 „clare, & distincte a principio usque
 „ad finem legit, & finita earundem le-
 „ctione, mox easdem in dicta Congre-
 „gatione publicavit, & nobis, ac cui-
 „libet nostrum omnibus melioribus mo-
 „dis, via, & forma, quibus potuit, &
 „debit, intimavit, insinuavit, & ad
 „omnium nostrum notitiam deduxit,
 „deinde cohortatus nos ad pacem, &
 „concordiam, obsecrando in visceribus
 „Domini Nostri Jesu Christi, ut seposi-
 „tis omnibus, uniformem, puram, ac
 „consuetam Doctrinam a Majoribus no-
 „stris, viris doctissimis, acceptam, &
 „in hac celebri Schola, quæ semper
 „apud Sedem Apostolicam, & omnes
 „totius Christiani orbis Ecclesias magni
 „nomi-

G 2

„nomi-

Sæcul. XVI.

A.C. 1567.

„nominis fuit, usitatam profiteremur,
 „& doceremus, ac æternæ salutis me-
 „mores, si quid fuit diffidii, placide
 „componeremus, ne id nobis objici
 „possit, quod merito hujus temporis
 „sectariis, & hæreticis improperatur,
 „nimirum ipsos inter se non convenire,
 „sed diversarum opinionum procellis
 „agitari, & in contraria studia rapi.
 „Unus est Deus, una fides, unum ba-
 „ptisma, una Ecclesia, intra quam nos
 „oportet consistere: itaque superest, ut
 „quilibet nostrum ea consilia adferret,
 „quibus præsentis malo idonee mederi,
 „& suæ Sanctitatis jussioni, ac man-
 „datis fieri possit satis, quibus intel-
 „lectis, cum quilibet nostrum pro suo
 „modulo, quid expedire putaret, protu-
 „lisset, tandem D. Præpositus dixit,
 „necessarium esse, ut non solum a sen-
 „tentiis, scripturis, proloquiis, & di-
 „sputationibus articulorum in dicta Bulla
 „expressorum deinceps omnino abstineat-
 „tur, sed ut etiam libri editi, ex quibus
 „dicti articuli fere omnes desumpti sunt,
 „interdicantur. Ulterius dictus D. Præ-
 „positus ad executionem dictarum li-
 „terarum Apostolicarum progressus in
 „hanc sententiam conclusit, nempe quod
 „tanquam Sanctissimi Domini nostri Com-
 „missarius licet indignus, ac dicto Il-
 „lustrissimo Domino suo Cardinali Gran-
 „vel

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

„vellano subdelegatus, auctoritate S. Se-
 „dis Apostolicæ, & in vim dictarum
 „literarum, nobis Decano, & ceteris
 „Magistris dictæ facultatis mandabat,
 „& in virtute sanctæ obedientiæ di-
 „strictè præcipiendo injungebat, ut om-
 „nia, & singula in dicta Bulla expressa
 „juxta mentem, & voluntatem suæ
 „Sanctitatis præcise observaremus, &
 „ne articulos per eandem condemnatos
 „publice, vel privatim doceremus, tra-
 „ctaremus, dissereremus, vel in disputa-
 „tionibus, & Scholis defenderemus,
 „seu ab aliis doceri, tractari, asseri,
 „seu defendi, publice, vel privatim
 „aliqua ratione pateremur, idque sub
 „pœnis, & comminationibus in dicta
 „Bulla expressis. Ad quæ per nos De-
 „canum de consensu dictorum Magi-
 „strorum, nomine Facultatis, eidem
 „D. Præposito responsum fuit, quod di-
 „ctam Bullam Apostolicam Sanctissimi
 „Domini Nostri Pii V. ac singula, &
 „universa in ea contenta unanimiter, &
 „cum ea, qua decet, reverentia ac-
 „ceptaremus, sicut actu humiliter ac-
 „ceptavimus, & quod eidem intende-
 „bamus in omnibus, & per omnia tan-
 „quam veri obedientiæ filii, ut par erat,
 „religiose parere, & obtemperare, ha-
 „bentes Sanctitati suæ humillimas, &

emur,
 s me-
 lacide
 objici
 nporis
 ratur,
 enire,
 ocellis
 rapi.
 n ba-
 n nos
 ft, ut
 erret,
 ederi,
 man-
 intel-
 o suo
 rotu-
 dixit,
 a fen-
 & di-
 Bulla
 inea-
 nibus
 sunt,
 Præ-
 n li-
 s in
 quod
 om-
 o ll-
 ran-
 vel-



Sæcul. XVI. „immenſas gratias, quod noſtræ Scholæ
A.C. 1567. „hanc paternam curam gerat. „

§. XLVIII.

*Hujus Bullæ exemplar Doctõribus
denegatum.*

Bajana
pag. 197.

„**U**t autem, proſequeretur Janſenius,
 „hæc melius obſervare poſſimus,
 „petebamus copiam dictæ Bullæ, ſeu
 „ſaltem articulorum in ea damnatorum,
 „inſuper promiſimus daturus nos ſe-
 „riam operam, ut nulla ſit apud nos
 „doctrinæ diverſitas, quod ut citra ſtre-
 „pitum, & ſcandalum curare poſſimus,
 „omnes uno ore interceſſimus, ne ad
 „publicam interdictionem dictorum
 „librorum procederetur, cum id abs-
 „que gravi multorum offendi-
 „culo, & auctoris libellorum perpetua infamia
 „fieri non poſſit, & nunc abunde ſuffi-
 „ciat, articulos controverſos eſſe dam-
 „natos, & amplius proponi, & defendi
 „non poſſe, cui rei operam diligentem
 „eſſemus navaturi, ad quæ dictus D.
 „Præpoſitus reſpondit ob multas, eas-
 „que graves cauſas in præſentiarum
 „non poſſe tradi copiam Bullæ, ſed ar-
 „ticulos ſua manu transcriptos ſe Fa-
 „cultati daturum, ne a quoquam igno-
 „rari poſſint, ea tamen conditione, ut
 „promitteremus, ſicuti illico promiſi-
 „mus, quod dictorum articulorum
 „trans-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

transumptum a solis Magistris habebitur, & præter eos nemini communicabitur, donec plenior facultas eos communicandi fuerit obtenta, addens, multum se probare promptitudinem nostram in obediendo mandatis Sanctissimi Domini nostri, sed quod interdictionem librorum intermittere non posset, cum hoc serio sibi esset præscriptum: verum cum nos vehementer urgeremus, & precando instaremus, respondit dictus Præpositus, dilaturum se dictorum librorum prohibitionem, donec secundam iussionem acceperit, ea tamen lege, ut ea superveniente citra moram pareatur. De quibus omnibus sic actis, dictis, & gestis præfatus D. Præpositus sibi a nobis actum tradi petiit, quem illi concessimus tenore præsentium litterarum, quas in fidem, & testimonium præmissorum fieri, & Facultatis nostræ sigilli applicatione communiri, ac per Notarium nostrum subscribi iussimus, ac mandavimus. Datum Lovanii in dicta Congregatione in ædibus Venerabilis, & eximii sacræ Paginae Professoris Domini Magistri Judoci a Ravesteyn de Tileto, die lunæ vigesima nona mensis Decembris, anno millesimo quingentesimo sexagesimo

G 4

mo

Sæcul. XVI., mo septimo., Porro iidem, qui
 A.C. 1567. supra, erant subscripti.

§. XLIX.

*Hesseli, & Baji Epistolæ Mechli-
 nensis Vicarii Generalis jussu
 interceptæ.*

Equidem haud immerito hi Doctores Bullæ exemplar sibi tradi, a Vicario generali petebant, eoquod hoc diploma observare jussi essent, atque aliunde circa eorum propositiones dubia, ac contentiones oriri possent, quæ tamen minus expedite dissolvi valerent, nisi illæ cum Bullæ textu conferrentur: necessarium igitur videbatur, ut ejusmodi exemplar Facultati relinqueretur, nam æqua erat horum Doctorum petitio, nihilominus Morillonius id concedere constanter recusabat: magis tamen indulgentem se exhibebat circa aliam petitionem, quæ libros, ex quibus propositiones erant excerptæ, concernebat. Equidem ad supprimendos hosce libros, eorumque lectionem inhibendam nondum publicum edebatur decretum, Vicarius tamen omnia operum illorum, quæ Hesselius, & Bajus ediderant, exemplaria cunctis librariis abripi, eaque ad ædes suas transferri jussit, novumque quemdam libellum jamjam prælo subjectum imprimi prohibuit,

hibuit, non sine magno Baji mœrore, hic tamen Doctor pacis amore sese demisse submittens non sine proborum admiratione abstinuit ab omni apologia, vel explicatione, qua suas propositiones honestare potuisset: at progressu temporis hoc negotium magnos suscitavit tumultus, ut sequentibus annis perspiciemus.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. L.

Continuata Religionis dissidia in Belgio

Cum interea, ne Baji doctrina altiores ageret radices, Doctores Lovanienfes toto studio adlaborarent, hærefis in Belgio tam magnos fecerat progressus, ut Philippus, qui Belgis dominabatur, bellum illis inferre decerneret, dissuadentibus licet quamplurimis, imo ipsomet ejus Confessario, qui Regem ab hoc proposito dimovere nitebatur. Jam supra libro priori memoravimus, quod fœderati Mense Octobri anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Ruremundæ convenerint, mox tamen conventum hunc solverint, eo quod in nullo Religionis articulo inter se concordiam stabilire possent.

Strada de bello Belgico l. 6. Thuan. l. 40.

Postea Orangius Princeps in Hollandiam contendens Antverpiensis Ur-

G 5

bis

Sæcul. XVI
A.C. 1567.

bis Præfecturam Hochstrato cesserat, eumque ibidem permanere voluit, Comes vero Egemontius in Flandriam, atque alii in diversa loca secesserunt. Tum Hochstratus rebellis populi motibus vehementer obstiterat, unde tumultus brevi sedatum iri Gubernatrix spem conceperat, atque seditionis, ut illos ad sua studia pertraheret, janiam blandiri cæperat, nec minus Egemontius haud obscura sui in Regis obsequium studii specimina edere credebatur, ac insuper Hochstratus Mechliniensem populum in officio continebat, Princeps vero Orangius quosdam rebelles Trajecti plectebat: nihilominus seditiosi Brugæ, & Valencenæ novos tumultus suscitabant, atque in posteriori hac urbe Ecclesiam sancti Vedasti devastabant. Re comperta Margarita Parmensis Belgii Gubernatrix, ubi se satis viribus firmatam viderat, Philippo Norcarmio a sancta Aldegunde, qui pro Marchione Bergensi in Hispaniam misso Hannoniæ Præfectum agebat, injunxit, ut præsidiarios milites Valencenæ urbi imponeret, populumque contineret.

§. LI.

Valenca Gubernatricis jussu obsessa.

Thuan. & Strada l. 6. Itaque Norcarmius jussa executurus copias suas urbi propius admovit: verum

verum adventanti occurrebant missi a Valenceno Magistratu Oratores, affirmantes, se Regi, ac Gubernatrici fidos fuisse ad eam diem, atque in posterum futuros: insuper, quot milites inducturus esset, interrogabant, ac rogabant, ut quam paucissimis contentus esset. Ast mane, quo tempore accepturos se praesidium polliciti erant, alii a primis oratores veniunt, narrantes, haereticorum opera per Urbem ea nocte volitantium effectum esse, ut populus mutata sententia decreverit, praesidarios non admittere, causas Gubernatrici perscripturus.

Hæc agendi ratio tantopere Gubernatricem offendit, ut dispositis omnibus ad obsidionem necessariis, Norcarmio epistolam primo indignationis impetu scriptam mitteret, dato negotio, ut eandem Magistratui exhiberet, priusquam urbem aggredi inciperet. In hisce literis præcipiebatur Regis nomine Valencenatibus, ut quatuor equitum turmas, totidemque signa peditum protinus acciperent, ac Norcarmio Provinciæ Præfecto parerent: si abnuerent, pro Regis, ac Patriæ hostibus se habendos scirent. Illi obstinate id recusant, ideoque edicto Regio proscribuntur, ac bona eorum publicantur, cujus facti rationem Gubernatrix ad singulas provincias perscripsit.

Hac

Sæcul. XVI.
A. 1567.

Grotius
Annal Belg.
l. I. hoc ann.

Sæcul. XVI.

A.C. 1567.

Hac severitate conjurati non parum turbabantur, eo potissimum nomine, quod Norcarmius insuperhabita hyemis importunitate urbem cingere iustus esset.

§. LII.

Quoddam Conjuratorum agmen prope Tornacum profligatum.

Cum interea exeunte Mense Decem-
bri Anno Christi millesimo quingen-
tesimo sexagesimo sexto hujus Urbis
obsidio pararetur, circa Tornacensem
agrum quatuor Gheusiorum millia sub
signis apparuere, Duce Joanne Sorea-
no: porro consilium iis erat. Insulas ur-
bem Gallicæ Flandriæ Principem inva-
dendi, nam ad id exequendum spem fe-
cerant consistoriales aliqui mercatores,
qui in ea urbe plures, ac ditissimi cum Fæ-
deratis clandestina fovebant consilia.
Verum Norcarmius mandata acceperat,
ut hostium molimina admoto milite,
quem prope Valencenam habebat, præ-
veniret, prius vero rem conferret cum
Joanne Rassinghemio Insularum, Duaci,
& Orchesii Governatore, qui non ita
pridem ex conjuratis plusquam trecen-
tos Armentarienses, plerosque militiæ
rudes aggressus profligavit, plusquam
eorum ducentis trucidatis, reliquis
cum summa ignominia in fugam actis.

Hæc

Hæc clades fœderatos ab Infulis rece- Sæcul. XVI.
dere, ac Lannojum versus contendere A.C. 1567.
compulit, cum autem eis urbis portæ
occluderentur, Norcarnius fugitivos
insequendi spatium, eosque aggredien-
di opportunitatem nanciscebatur: at
cum copias suas in aciem collocare pa-
raret, animadvertit Gheusios campe-
stri, apertoque prælio impares, in lo-
cum impeditum, clausumque, ac saltui
proximum paulatim abscedere: ergo
tres immittit illuc sclopetariorum cohör-
tes, manipulis aliquot hastatorum im-
mistas, ipse cum equite secuturus.
Gheusii sustinere strenue impetum a
principio, explosis aliquot, quæ dispo-
suerant in aditu, minoribus tormentis:
licet ecquidem aliqui eorum caderent,
submissis tamen aliis, atque aliis, fa-
cile inter eas loci angustias Norcarnia-
nos ingressu arcebant: sed aperto tan-
dem hastarum vi aditu, irrumpentibus-
que equitum, peditumque signis fœ-
derati illico pedem referunt, confusis-
que ordinibus terga vertunt: ubi in fu-
ga, in qua plus periculi, quam in con-
serta, constantique pugna, pecorum
more cæsi, paucissimi ex tanto nume-
ro diversis per saltum itineribus evase-
re cum Duce Soreano, qui in fuga vul-
neratus est: Norcarnius vero sex tan-
tummodo suorum delideratis, ac no-
vem

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

vem hostium signis, viginti campestribus tormentis, doliisque duobus nitratipulveris potitus victor evasit.

§. LIII.

Norcarmius Tornacum ad deditiorem provocans, urbemque ingrediens.

*Strad. &
Thu. l. c.*

Hujus victoriæ opportunitate Norcarmius utendum ratus copias suas Tornaco admovet, missoque Tubicine præcipit Gubernatricis nomine, ut Tornacenses præsidarium militem protinus acciperent: si abnuant, aut morerentur, se armis victricibus in eos usurum minitatus. Tornacenses, audita ab iis, qui profugerant, suorum strage, acrepentina, armataque Norcarmii denuntiatione perculsi, cum spatium, rationemque consultandi & victor ad portas, & intra animos pavor excluderet, sese Ducis fidei, clementiæque committunt: ergo ille triumphanti similis urbem ingressus statim populum exarmat, missis, qui per urbis domos arma, telaque omnia inde auferrent, atque in arcem comportarent. Dein rebellionis incitatores in carceres conjecit, atque Episcopum, & clerum in locum, gradumque revocavit, & postremo Consistoriis, atque hujusmodi cœtibus, plerumque seditionum officinis, penitus disturbatis, interdictisque, hæreticæ factionis

ner-

nervos in ea civitate omnes plane fuc- Sæcul. XVI,
A.C. 1567.
cidit, quosdam vero ex spuris Mini-
stris, ac nonnullos cives, qui pertina-
cius hæresi suæ inhærebant, extremo
supplicio affici jussit. His peractis Nor-
carmius Gubernatricis jussu Tornaco
præfuit, pro Montinio in Hispania de-
gente, Joannem vero Crojum Reusii
Comitem, atque octo militum signa in
urbe reliquit, præter quadringentos, &
quingenta arcis præfidiarios: postea
Norcarmius ad Valencenæ obsidionem
confestim rediit oppugnationem aggref-
surus, quam quidem Philippus II. Hi-
spaniæ Rex minus ratam habere vide-
batur, aucta vero obsessorum pertina-
cia sententiam suam mutare cogebatur.

§. LIV.

*Valencena a Norcarmio Barone
capta.*

Gubernatrix ut pristinæ Regis volun- Strad. 1. 6.
tati obtemperaret, nil intentatum,
inaufumque reliquit, quo rebelles leni-
tatis via ad officium revocaret: qua-
propter visum ei est ad illos mittere e
Proceribus duos, Lamoralium Comi-
tem Egmontium, & Philippum Crojum
Areschoti ducem: si forte, qua erant
authoritate, ad saniora consilia retrahe-
re illos possent: porro hi quidem evo-
catis ad colloquium Valencenatum Le-
gatis,

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

gatis, ut se dederent, ac præfidiarios milites in urbem suam reciperent, hortabantur, atque eos his verbis alloquebantur: „Frustra expectatis exteri militis subsidium, hinc nil vobis reliquum, „nisi quod rebellionis vestræ culpam „pœnitentia expietis, atque Regis indignationem, necnon patriæ vestræ „exitium, dum adhuc licet, obsequio, „ac submissione redimatis. „ Verum spretis cunctis hisce rationibus ambo Proceres rebellium contumaciam vehementer indignati recesserunt, dato negotio, ut Norcarnius obsidionem urgeret, urbemque sine ulla cunctatione toto impetu aggrediretur: ergo oppugnationi initium datur, tanto obsidentium ardore, atque armorum successu, ut nondum percurso quatuor horarum spatio validiora propugnacula penitus essent everfa: unde territi eo principio cives, duos Tubicines miserunt, ac Norcarnium rogaverunt, ne gravaretur audire fide publica Valencenæ Legatos de tradenda urbe mox acturos. Advenerant circa vesperam hi Deputati numero viginti, sed eos irridebat Norcarnius, continuavitque nocte tota oppugnationem, nullo temporis spatio relicto ad muros reficiendos: mox vero prima diei luce alii advenerant Deputati, qui clementiam exorantes, sese

Gus

Gubernatricis arbitrio dedere. Tenuit Sæcul. XVI.
A. C. 1567
 ea oppugnatio triginta sex horas perpetua contentione, feruntque ter mil-
 lies explosas murales machinas, mæ-
 nium, quam hominum majori strage.

§. LV.

*Populus armis exutus, & seditionis
 Authores capti.*

Norcarmius eadem die, quæ Palma-
 rum Dominica, ac Mensis Martii Thuan. &
Strad. l. c.
 vigesima quarta erat, urbem cum tre-
 decim peditum signis ingressus obvi-
 os per vias habuit mulierum, ac pue-
 rorum cœtus, arborum ramos manu
 præferentium, ac simul flebili voce fi-
 dem, misericordiamque Victoris implo-
 rantium, quibus benigne submotis, si-
 ne cujusquam cæde, aut direptione do-
 mus, quamvis civium opulentia invi-
 taret, & contumacia mereretur, in cu-
 riam ascendit, ubi primum, prout in
 mandatis habebat, cives exarmavit,
 necnon tormenta bellica, ac reliquum
 belli apparatus civitati ademittit. Dein
 instituta quæstione adversus rebellionis
 principes, sectarumque hæreticarum
 buccinatores, ex illis sex, & triginta in
 carcerem protinus conjecti fuere: Mi-
 nistrorum tamen nemo capi tum potuit,
 eo quod una omnes clam urbe egressi es-
 sent, quamvis portæ aut statim clausæ.
Hist. Eccles. Tom. XLVIII. H aut

Sæcul. XVI. aut infessæ militibus fuissent: verum illi
A. C. 1567. ex sua ad oppidum Sancti Amandi fuga
 retracti, & custodia diu retenti, ac postea
 jussu Guidonis de Bres, & Peregrini
 de Grangia cives quidem gladio, hæ-
 resum vero præcones, atque ex militi-
 bus aliqui suspendio necati, & postre-
 mo Magistratus, quæstoresque, ac re-
 rum publicarum Curatores gradu omnes
 amoti fuere, insuper ademptis publi-
 cis immunitatum tabulis, ac privilegiis
 civitas mulctata est, donec a Rege illa
 iterum instaurarentur. Hæc, uti gesta
 erant, omnia Regi præscribens Guber-
 natrix, adjectisque eorum Ducum, mi-
 litumque nominibus, qui in obsidione,
 oppugnationeque laudem præ ceteris
 meruerant, rogabat, ut ex eorum bonis
 regio ærario addictis remunerari sibi
 liceret illorum virtutem, ac fidem, qui
 in hac occasione singularia fidei suæ
 specimina ediderunt: rebus itaque in
 hunc modum Valencenæ compositis, ac
 sacris ædibus, earumque cultu rite re-
 stitutis, evocatoque eam ob causam ex
 Artesia Attrebatensium Episcopo, octo
 militum cohortes urbi imponebantur, ut
 ille Religione, hi metu populum con-
 tenerent.

Juramentum a Gubernatrice Proceribus, & Magistratibus impositum.

Interea Gubernatrix Regem brevi in *Stradal. 6.*
Belgium profecturum edocta, id ur-
gendum putabat, quod jam pridem mo-
liebatur de Proceribus, & Magistrati-
bus, ut jurati sponderent, se adversus
illos, qui læsæ Majestatis rei declara-
buntur, nullo excepto fidelem operam
Regi navaturos. Hoc juramentum
Gubernatrix non ex eo, ut aliquo-
rum animos satis sibi aliunde perspe-
ctos exploraret, exigebat, sed id fa-
ciebat, ut eos minore invidia aut ex-
authoraret, si sacramentum abnuerent,
aut plecteret, si fallerent fidem, eoque
Belgium nulla ex parte impacatum Re-
gem acciperet. Cœperat id consilii Gu-
bernatrix ab anni hujus initio, reque ad
Senatum relata addidit, gratissimum si-
bi fore, si Proceres ipsi exemplo præi-
rent, ceteris pluribus dein facilius se-
cuturis. Primus rem probavit, pro-
misitque Sacramentum Comes Petrus
Ernestus Mansfeldius, secutique sunt
ejus exemplum Areschoti Dux, & Co-
mites Egmontius, Meganus, ac Barla-
montius, atque uti tunc sponponderant,
ita postea jurejurando firmarunt. Ast
Henricus Brederodius, a quo tanquam

Sæcul. XVI.
A. C. 1567. in Regis ditionibus constituto, ac unius ex quatuordecim Belgicorum equitum centuriæ Ductore Gubernatrix per certos nuntios, & compositis deinde literis exegerat Sacramentum fidelitatis, diu tergiversabatur, & postremo cum iuberetur regimen equitum deponere, centuriam recusato jurejurando remisit. Abnuerunt quoque Sacramentum, quamquam paulo civilius, Comites Hochstratanus, Hornanusque, qui dicebant, Sacramentum, quo se superioribus annis obstrinxerant, satis esse. Accepta hac repulsa Gubernatrix Hochstratum Comitem Mechliniæ Præfectura semovit, eamque Baroni Semerio integræ Religionis, ac fidei viro demandavit.

§. LVII.

Orangius Princeps recusato Sacramento suis dignitatibus cedens.

Strad. l. c. Postea Orangius Princeps recusato etiam Sacramento Gubernatrici scribens inter alia monuerat, ut Hollandis, Zeelandisque, atque Burgundis quemdam Præfectum designaret, eo quod ex Regis sententia intelligeret, quod ipse harum Provinciarum regimini cedere deberet. Hæc propositio Gubernatricem suspensam tenebat, cum hunc Principem aperte inimicum sibi nollet, cui
subi-

subigendo satis virium nondum haberet: mittit igitur ad eum Antverpiam Joannem Baptistam Bertium, suum a secretis ministrum, qui illum privata curantem reperit, eique epistolam, qua Gubernatrix ejusdem Bertii dictis fidem haberi volebat, obtulit, ac multis ostendit rationibus, quod consilium deponendi Præfecturas, nec Gubernatrici, nec cuiquam Procerum probaretur, cum id non solum esset provinciarum necessitatibus importunum, atque ipsi Orangio Principi indecorum, sed etiam hujusmodi Præfecturas a Rege traditas, nec Gubernatrix alicui adimere, nec ipse Rege haud prius consulto pro suo arbitrio deponere posset: ideo resumeret quamprimum publicas curas, perpenderetque, non temere postulari a Rege, ut in communi Provinciarum tumultu ipsi Provinciarum Præfecti, instaurato Sacramento, studium, operamque suam ostentarent. Ad ea Princeps Orangius præsentem, qui forte supervenerat, Hochstratano Comite respondit: „ Multis, „ gravissimisque de causis, Sacramen- „ tum abnui, nam primo ex iis, qui „ præcesserant, Provinciarum Præfe- „ ctis nunquam exactum id fuit: insu- „ per, cum fidem meam jam pridem Re- „ gi juratus obligaverim, sicuti fecerunt „ Proceres alii, qui Regis in ditione

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

H 3

„cer-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

„consentur, ideo videri possem, ac si
 „adversus promissa peccassem, eoquod
 „ad ea rursus jurejurando adigerer, præ-
 „terea juravi, me mearum Provincia-
 „rum privilegia servaturum, defensu-
 „rumque, si autem nunc forte quid con-
 „tra illa imperaretur, parere imperanti
 „non possem, impeditus jurisjurandi
 „Religione, & tamen morem gerere co-
 „gerer, si jurarem in præsentia, factu-
 „rum me, quidquid Regis nomine ad-
 „versus quoscunque imperatum sit: ad
 „hæc in oblata mihi jurisjurandi for-
 „mula Imperator non excipitur, cui be-
 „neficiario jure cum sim obstrictus, nun-
 „quam in illum arma sumam, immo
 „nec ibi excipiuntur filii, aut amici,
 „uti Cliviæ Dux, aliique non pauci,
 „quibus bellum inferre nullatenus po-
 „terero: his accedit, quod multa quoti-
 „die in eos, qui in Catholicorum nu-
 „mero non sunt, edicta proponantur,
 „quorum ego minister esse nolo, refu-
 „giente animo ejusmodi supplicia ob-
 „causam Religionis irrogari solita; cum
 „etiam ex eo Sacramento cogi possem,
 „ad uxorem meam ultimo supplicio ma-
 „ctandam, quippe Lutheri secta imbu-
 „tam: denique, & hoc mihi perpen-
 „dendum venit, quod is, qui Regis
 „nomine in Belgio brevi imperaturus
 „adveniret, posset esse hujusmodi vir,
 „cui

„cui subdicere me haud sane decorum
 „generi meo ducerem, prout fieret, si
 „forte veniret Albæ Dux; „ enimvero
 Albæ Ducis, prout fama ferebat, ad-
 ventus turbabat Oranium Principem,
 qui sibi haud tutum cum eo commer-
 cium esse posse, existimabat. Tandem
 Bertius ad singulas Oranii rationes re-
 spondens eundem rogabat, ut antequam
 hoc consilium caperet, cum Egmontio
 Comite, aliisque nonnullis, quoscun-
 que seligere vellet ex Belgii Proceri-
 bus, colloquium hac super re haberet.

§. LVIII.

*Colloquium Oranii Principis cum
Egmontio Comite*

Annuens huic conditioni Oranius Prin-
 cept Villabrocom pagum, Bruxel-
 las inter, & Antverpiam situm, collo-
 quio designat, quo cum hinc Princeps
 Orangius, inde autem Egmontius, ac
 Mansfeldius Comites, & Gubernatri-
 cis jussu Bertius convenissent, eadem-
 que rursus, ac sæpius agitassent, infe-
 cta re abiere. Ferunt, Orangium, an-
 tequam inde recederet, cum Egmontio
 Comite seorsum abducto de imminenti-
 bus periculis locutum, ac orasse illum,
 subduceret sese, gravidamque cruore
 tempestatem ab Hispania impendentem
 Belgarum Procerum capitibus ne ope-

H 4

rire

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Sæcul XVI.
A.C. 1567

riretur: cum autem Egmontius Comes obsequiorum quæ se præstitisse credebat, fiducia tumidus esset, respondit, quod ipse quidem cuncta sibi a Regis clementia polliceretur, quamprimum hic Princeps pacatas, tranquillâsque Provincias cerneret. Ad hæc reposuit Oranius Princeps: *Perdet te hæc, quam jactas, clementia Regis, Egmonti! ac videor mihi, prævidere animo, utinam falso, te pontem scilicet futurum, quo Hispani calcato, in Belgium transmittant.* Hoc dicto tanquam de præfagio suo certus, atque Egmontium postrema vice viturus, eum arcte, nec sine utriusque lacrimis amplexatus abscellit.

§. LIX.

Oranii Principis discessus e Belgio.

Grotius l. c.
l. I.
Thur. l. 41.

Orangius Princeps postredie datis ad Gubernatricem literis orabat, ut ea, quæ nunc egisset, quosque sæpe labores domi, militiæque, pro Regis commodo, ac dignitate pertulisset, benigne interpretaretur ipsa, Et Regi in memoriam revocare dignaretur, se certe Celsitudini ejus, quibuscunque demum in terris ageret, addictissimum perpetuo fore. Post hæc cum uxore, ac familia sua, excepto Philippo filio suo natu maximo, quem Lovanii studiorum causa reliquerat, Bredam oppidum suum petiit, ubi paulum mora-

moratus, Cliviam, & postremo Dilem-
burgum antiquam Nassavorum Sedem,
exeunte Mense Aprili, se recipit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. LX.

*Fœderatorum plures orta dissensione
juramentum exsolventes.*

Tum Egmontius Comes Gubernatrici
ultra operam offerre, remque cu-
rare publicam solito intentius cœpit,
nam & Sacramentum, uti pollicitus
erat, peculiari forma dixit, & distur-
batus per inferiorem Flandriam Consi-
storii, oppida nonnulla ipse sex pedi-
tum signis stipatus exarmavit, & alie-
num se adeo ab aliquorum Fœderato-
rum consilio ostendit, ut se penitus ab
eorum familiaritate segregaret: post-
quam igitur Fœderati se Oranii Princi-
pis, & Egmontii Comitis societate de-
stitutos cernerent, certatim plures alii
fœderi invicem promisso renuntiabant,
atque eorum quamplurimi suam secu-
ritatem Gubernatricis præsidio commit-
tere satius ducebant, quam sese pericu-
loso diuturnæ oppositionis fato expone-
re: unde hoc Sacramentum, cui an-
tea vehementer reclamabant, a non
paucis dicebatur, imo & Hornanus, &
Hochstratus Comites æque, ac ceteri
illud nuncupabant, plures vero fuga
sese subdixerunt. Trajectenses quoque

Sæcul XVI. destinata ad Gubernatricem legatione
 A.C. 1567. veniam exorantes anteaқта deprecantur, seque futuros pollicentur in potestate Regis, atque Episcopi, nam Trajectum partim Leodiensi paret Antifiti, partim Brabantia Ducis. Horum exemplum sequebantur Buscoducenses, seu Sylva-Ducenses, necnon Antverpiani, unde Gubernatrix tam prospero, atque inexpectato successu læta omnibus summam indulfit clementiam, atque Antverpiam venire festinavit, ut carissimi populi sui conversionem præsentia sua honestaret.

§. LXI.

Gubernatrix urbem ingressa triumphantis in modum.

*Strada &
Thu. l. c.*

Gubernatrix ut ipsius in urbem ingressus eo augustior, magisque tutus esset, sexdecim lectissimorum peditum signa præmisit Ductore Petro Ernesto Comite Mansfeldio, qui, ne aut exauthorati Antverpiæ milites, aut factiosi cives aliquid forte turbarent, præmissis militarium impedimentorum vehiculis, atque ad viarum capita objectis, veluti pugnaturæ agminæ urbem intravit, ubi dispositis continenti ordine per vias, ac fora majoribus, minoribusque Sclopetariis excepit Gubernatricem, quæ extremo mense Aprili sequebatur, ingenti

genti prorsus pompa non armatorum modo, qui mille, ac ducenti fuere, sed Magistratum etiam, Præfectorumque provinciarum, ac Procerum aurei Velleris, Consiliique Senatorum: igitur Gubernatrix urbem ingressa Dei Matris Ecclesiam quam furentes hæretici devastaverant, recta petebat, ubi solemniter decantato gratiarum hymno ipsa dein animum ad ordinandam rempublicam intendit, ac prima quidem Sacrorum, Religionisque cura fuit; præprimis enim evocato Antverpianæ Cameracensi Episcopo, aras, ac templa, quæ sacrilegi aut diruerant, aut profanaverant, restitui, & statis ceremoniis expiari iussit, & de doctis, atque impigris animarum Pastoribus providit. Dein ad civitatis administrationem conversa quæstiones instituit de rebellionis capite, deque Magistratum sive ignavia, sive perfidia, ac simul indicem armorum, quibus populum exuerat, confici præcepit.

§. LXII.

Protestantium Germanicæ Principum Legatio.

Rebus omnibus ita a Gubernatrice dispositis nuntiatur, adventare Legatos a Saxone, & Brandenburgio Imperii Septemviris, a Wirtenbergensi Duce,

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Sæcul. XVI
A.C. 1567.

ce, Marchione Badensi, atque ab Haf-
fiæ Landgravio missos, qui Gubernat-
tricem adeuntes eidem libellum suppli-
cem porregebant, cujus summa hæc
erat: „ Proponimus Confessionem Au-
„ gustanam, quæ Evangelio magis, quam
„ Religio Catholicorum consona est, ideo
„ hanc in inferiori Germania libere com-
„ plectendam, aut saltem edictis, sup-
„ plicisque non vetandam postulamus
„ ac simul superioris Germaniæ Princi-
„ pes orant, ne populi cetera innoxii di-
„ vexentur hoc nomine, Hispanicæque
„ censuræ minis, ac pœnarum immani-
„ tate plectantur.

§. LXIII.

*Gubernatricis responsum ad hosce O-
ratores ad alloquium admissos.*

Hac Oratorum temeritate Guberna-
trix acriter offensa eos abesse vo-
luit, ut hac super re liberum delibera-
di spatium haberet; equidem illa hos
sine responsione remittendos censebat,
aliis tamen videbatur, per Scarem-
bergium hæc esse his Legatis reponen-
da: „ Ea, quæ de Religione dixistis,
„ responso indigna sunt: ea autem, quæ
„ pro excusanda rebellium, impiorum-
„ que contumacia differuistis, ostendunt,
„ Germanos Principes, minus fidei ha-
„ buisse literis Hispaniarum Regis, ac
„ Bel-

„Belgii Gubernatricis, quam seditiofo-
 „rum hominum querelis, contra quos Sæcul XVI.
 A.C. 1567.
 „eversa, expilataque templa, & illa-
 „ta vis Magistratibus, & excitati ad ar-
 „ma populi magnam, si superis placet,
 „innocentiam contestantur: ideo nostræ
 „Gubernatricis nomine illos, a quibus
 „missi fuistis, admonete, ut Regnorum
 „curam nostro Regi permittant, neve
 „per ea turbulentorum patrocinia tur-
 „bas in alienis provinciis foveant „
 Ad ea subjecerunt Legati, se tantum-
 modo oratum venisse pro Augustanæ
 Confessionis sociis, qui culpa vacui ha-
 berentur: verum nihil ultra eis respon-
 sum est, quartoque, ex quo venerant,
 die sine aliquo responso dimissi sunt, ubi
 non dissimularunt offensionem, qua mo-
 dum, quo excipiebantur, indignati
 sunt.

§. LXIV.

*Fœderati cæsi, atque in Hollandia
 fugati.*

Nondum hi Legati excefferant urbe, Thuan. &
 Strad. l. c.
 cum Nuntii de conjuratis in Hol-
 landia fufis, deque ejecto inde Brede-
 rodo perferuntur, quippe rebellium
 ferme quatuor millia hanc regionem ex-
 cursionibus, prædisque divexabant, eo-
 rumque quamplures Amstelodamum in-
 vadere parabant: ast prodeunte illis ob-
 viam

Sæcul. XVI. A. C. 1567. 1567 viam Megano Comite, non modo spe potiundæ urbis frustrati, sed etiam eodem insequente, in Vaterlandiam fugere compulsi sunt. sed neque hic diutius securi ab armis Megani fuerunt, ideo conscensis navibus, Frisiam petebant, ubi tum vento obnitate in Geldriam delati, dispersique sunt, atque alii in alias terras, omnes e Regiis provinciis elapsi iunt, atque una tantummodo navis, in qua præda omnis ex Hollandiæ templis erepta vehebatur, devenit in Ernesti Mulartii manus, quem ad insequendos fugitivos, cum instructissima triremi paulo ante miserat Arembergius Comes, ubi Milites spoliati omnes armis, ac præda eis erepta fuit, Duces autem, ac primarii quique, partim Harlingæ custoditi, partim in Viluordianum carcerem Margaritæ jussu ducti, ac paucis post mensibus, sub Albano Belgii Governatore, ultimo supplicio affecti sunt.

§. LXV.

Brederodus animo dejectus, & relicta Hollandia mortuus.

Strad. l. 6. Supererat pertinax Brederodus, qui ob suorum cladem animo fractus rebus suis propere compositis paucos famulos in arce Vianna reliquit, ac cum uxore, & reliqua familia Emdam Frisæ

fiæ Orientalis urbem ad Amisæ fluminis ostium sitam appellit: sed ibidem parum honorifice susceptus, Bremam in Vestphalia contendit, atque inde mutata iterum sede incertus animi pariter, ac loci, seque omnium ludibrio exponi indignatus, tandem ad Comitatum Schauemburgium in Germania aufugit, ubi cum copias aliquot contrahere pararet, repentino morbo correptus emota furiis mente infelicem animam exhalavit.

Sæcul XVI.
A.C. 1567.

§. LXVI.

Universa Hollandia Gubernatrici subdita.

Brederodi fugam subsecuta est universæ Hollandiæ deditio, præprimis enim Viannenses ablegatis Deputatis seditionis veniam petebant, ac militare præsidium deposcebant: ast tum eisdem utrumque fuit denegatum, quippe in Regis adventum dilata est venia, placuitque Senatui, ut Vianna mœnibus nudaretur, arx vero a Brederodo contra Gubernaticis imperium exstructa everteretur. Præterea Amstelodamum, Lugdunum Batavorum, Harlemum, Delphia, ceteræque urbes ultro præsidia partim a Megano Comite, partim a Norcarmio acceperere, nec minus idem Middelburgi, aliisque Zeelandiæ urbibus,

Strad. l. c.

bus,

Sæcul. XVI. bus, necnon Groningæ, Daventriæ,
 A.C.1567. totaque in Frisia factum. Denique
 nulla per Belgium urbs, oppidumve
 nullum, nulla uspiam arx, aut pagus
 fuit, qui certatim eiectionis hæresum ma-
 gistris, ac seditionum incentoribus non
 sese Regis arbitrio, clementiæque tra-
 diderit.

Interdicebantur etiam penitus Al-
 denardæ hæreticorum conciones, ut
 vero Protestantes Brugæ conventus suos
 agere prohiberentur, ad illum locum,
 ubi ejusmodi sermones fieri consueve-
 rat, quidam fuere deputati, qui adul-
 terati Evangelii Præconi præciperet, ut
 altera die coram Magistratu compare-
 ret: verum hic Ministellus adeo non his
 jussis parebat, ut etiam fuga sibi con-
 sulere properaret. Paulo post alius
 quidam, qui violata Principis lege, ac
 Magistratus interdictione publice declama-
 re ausus fuerat, carceri dabatur, quæ
 severitas tantum Ministris timorem in-
 cusserat, ut imposterum a concionibus
 omnibus abstinerent. Præterea omnia
 templa ubique fuere reparata, necnon
 priscae constitutiones circa Religionem
 innovatæ, ac parvuli quoque, qui Pro-
 testantium ritu fuere baptizati, partim
 ad Matrum conscientias ab anxietati-
 bus liberandas rursus sacro fonte tinge-
 bantur, partim id fiebat, quia debita
 ma-

materia, & forma ab Ecclesia præscri- Sæcul. XVI.
 pta forte non fuit: adhibita. Denique A C 1567.
 Fana Protestantium magnifice, quan-
 tum per temporis angustias licuit, ex-
 structa dejiciuntur, tanta populorum in
 id festinantium contentione, ut Gan-
 davi, nec quidem penitus evoluto unius
 horæ spatio Lutheranismi templum sane
 per amplum solo æquatum sit.

§. LXVII.

*Gubernatricis anxietas ob plurimum di-
 scessum e Belgio.*

In tantæ fælicitatis, ac prosperi succes-
 sus cumulo non nisi una res Guberna-
 tricem non mediocriter angebat, quod
 scilicet Belgarum plurimos videret, non
 impetrata præteritorum venia, ac ven-
 turi ex Hispania exercitus fama percul-
 sos alio commigrare quotidie, ingenti-
 que damno civitatum, ad finitimos po-
 pulos opificia, & mercaturas, atque
 adeo lucra transferre: idcirco Regem
 sæpius admonuerat, ut aut ipsi hanc
 facultatem condonandi, componendi-
 que omnia tribueret, aut potius ipse,
 non tamen adscita ab armis formidine,
 sed innata clementia, in provincias
 suas jam pacatas, jamque obsequio
 promptas adveniret, ubi erga cunctos
 misericordem se exhibeat, ac potius be-

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. I ni-

Sæcul. XVI. nignum Patrem, quam subditorum Do-
 A.C. 1567. minum agat.

Equidem Rex his monitis expugna-
 tus videbatur: verum cum illius in Bel-
 gium itineris fama per Hispaniam per-
 crebesceret, suum consilium mutare co-
 actus pro se mittere statuit Albæ Ducem,
 nihilominus, quod ipse in Belgium
 iturus esset, passim spargi permittebat.

§. LXVIII.

*Albæ Dux cum exercitu in Belgium
 missus.*

*Strada. l. c.
 Thu. l. 41.
 Spond. hoc
 ann. n. 10.*

Ergo Albæ Dux triremibus, quas Jo-
 annes Andreas Auria Regis jussu
 advexerat, Carthagenæ conscensis die
 decima Maji vela facit, classisque se-
 cundis usa ventis Genuam appellit: cum
 vero Albæ Dux febre corriperetur, una
 cum quatuor triremibus Niciæ subsi-
 stere coactus, postea ipsam hanc ur-
 bem ingressus est. Conduxerat is ibi
 quatuor recentis militiæ centurias eo
 fine selectas, ut veteranorum militum
 pro Belgio destinatum præsidia novis
 hisce tyronibus augetet.

§. LXIX.

*Dux Bruxellas ingressus, ac Guber-
 natricem invisens.*

Postmodum Albæ Dux itinere per Sa-
 baudiam arrepto, in Belgium con-
 ten-

tendit, ac die vigesima secunda Augu- Sæcul. XVI.
 sti Bruxellas pervenit, ubi mox ad Gu- A.C. 1567.
 bernatricem inuisit, quacum nonnisi per
 breve tempus tunc colloquebatur: al-
 tera vero die ad eandem Regis literas
 a se ex Hispania delatas transmissit una-
 cum transcripto diplomate mandati, in
 quo summam armorum præfecturam
 per univèrsùm Belgium Philippus ei-
 dem Duci attribuebat, integra rerum
 civilium administratione penes ejusdem
 Regis Sororem relicta. Eadem die ad
 illam inuisendam Dux procellerat, om-
 nemque venerationem, ac submissio-
 nem Cæsaris Filiæ, & sui Principis So-
 rori debitam exhibuerat, recedentibus
 autem illis, qui eum comitabantur,
 ampliora proferebat Regis mandata, qui-
 bus ultra summam armorum præfectu-
 ram, etiam illi rerum, quæ ad religio-
 nem spectarent, cognitio attributa erat,
 cum potestate Magistratus plectendi,
 exauctorandi, alios suffiendi, gratiam
 delictorum faciendi, civili aliarum re-
 rum administratione salva penes Par-
 mensem remanente: quoniam vero sub-
 oriri controversia poterat super iis, quæ
 ad bellicam rem, & religionis causam,
 atque ad civilem administrationem
 pertinerent, additum erat, ut arbitrium
 ejus rei penes Albanum esset, qui, quæ
 suæ functionis essent, & quæ ad Guber-

Sæcul. XVI
A.C. 1567.

natricem spectarent, unus cum plena auctoritate dijudicaret. Verum de hac potestate adeo magna haud immerito querebatur Gubernatrix, indignata, quod Vir, qui tamen generis nobilitate ipsi longe inferior erat, tam ampla auctoritate decoraretur.

Ceterum Albæ Dux distributis prope Bruxellas per Brabantiam copiis edito quodam scripto ad libellum superiore anno oblatum Regis nomine respondit, revocatisque Caroli V. ac Philippi Regis de Religione, & inquisitione decretis, eorum moderandorum, ordinumque Belgii convocandorum spem omnem præcidit: insuper dein datis ad singularum provinciarum ordines fiduciariis literis, quid sibi a Rege mandatum sit, illis significabat, hortatus, ut Regi se morigeros præbeant, arma deponant, & Majorum sacra colant: præterea typis ad faciendam majorem auctoritatis sibi a Rege creditæ fidem Diploma regium excudi jussit: cum autem inter Arcana Albano Duci a Rege commissa præcipuum illud fuisset, ut suspectos Proceres in potestatem redigeret, ideo hac potestate absque ulla cunctatione utendum ratus Egmontium, & Hornanum Comites, plurimosque Nobiles, quos sub variis obtentibus Bruxellas accersebat, comprehendi jussit. Hæc
agendi

agendi ratio Gubernatrici horum omnium insciæ summopere displicebat, hinc Machiavellum in Hispaniam ablegabat ad Regem, obsecrans, ut sibi e Belgio discedere liceret; obtenta igitur facultate, atque imminutæ suæ auctoritatis reliquiis in Albæ Ducem translatis sese ad discessum parabat.

Sæcul XVI.
A.C. 1567.

§. LXX.

Auspicia Regiminis sub Albæ Duce.

Itaque Albæ Dux hac cessione potentior factus, atque ad Belgium pro summo imperio administrandum regia auctoritate firmatus, duodecim Judicum Senatum erexit, cui ipsemet præerat, ut eorum omnium, quæ præteritos tumultus concernebant, plena ibidem haberetur cognitio: equidem ab initio nonnulli Proceres Flandri, atque inter eos Arembergius, & Barlemontius saltem specietenus ad hunc Senatum vocabantur: verum hi nunquam comparuerunt, hinciiis Norcarmius subrogatus est.

Thu. l. 41.

u. 3.

Strada l. 6.

§. LXXI.

Duodecim Judicum Senatus ab Albæ Duce institutus.

Omnes hi Senatores erant aut Hispani, aut hujus Nationis studiosi, quorum nomina erant hæc: Joannes

Sæcul. XVI

A.C. 1567

*Stradal. 7.**Grotius An**nal. l. 2. p. 29**Thu. l. 41.*

Varga, & Ludovicus Delrio Hispani Jurisconsulti; Hadrianus Nicolaus Curia Geldrensis Cancellarius, Joannes Porta, Jacobus Hesselius, Joannes Blazerus Bosius Regius cognitor, ac Jacobus Torrensis Scriba. Horum jurisdictionis postea contra privilegia populorum, Curiarum auctoritatem, ac supremum Belgii Senatum in primis ab Albano Duce prorogata est, adempto etiam appellationum beneficio, & attributa plena eorum omnium cognitione, quæ ad Religionem, ac perduellionis crimen pertinent: porro istorum potestas ultra modum ampliata est, adeo, ut nullum ferme discrimen inter hunc Senatum, & Inquisitionis Hispanicæ Tribunal intercedere crederetur. Rebus ita dispositis Tornaci, Mechliniæ, Gandavi, & Antverpiæ complures in carceres sunt coniecti, & horum criminum postulati, ex quibus plurimi ad supplicium rapti sunt, tanto omnium odio, ut consilium non pacis, aut justitiæ, sed turbarum, ac sanguinis Tribunal vernacula lingua ad id voce composita (*) vulgo appellaretur.

(*) In lingua Belgica hoc iudicium vocabant: den Blustradt.

§. LXXII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.*Arx Antverpiæ Ducis jussu ædificata.*

Paulo post Albæ Dux Antverpiam venit, ubi arx in Kylio suburbio meridiem versus spatiosa exstrui cœperat, repleta ab ea parte urbis fossa, & Groneburgia porta, venerandæque antiquitatis turre solo æquata. Porro illa a Paciotto Sabauda, qui arcem ad Augustam Taurinorum ab Emanuele Philiberto Sabaudia Duce nuper erectam extruxerat, ex Chapini Vitellii, & Comitibus Serbelloni equitis Hierosolymitani Hungariae Prioris consilio construebatur, eaque secundum quinquaregularem formam disponebatur, atque istud opus festinatis operibus Albani jussu deproperabatur, bis mille hominibus laborem continuantibus: in cujus rei sumptus Antverpienses quadringenta florenorum millia contulere, quæ ex centesimæ, & decimæ erogatione imperata refarcirentur: porro id eo propensius ab eis factum, quod urbem præsidario milite exoneratum iri sperarent, quamvis dein nullum ex ea levamen senserint; quippe Albericus Lodronius cum aliquot Germanorum signis urbi impositus est.

Thuan. l. c.

I 4

§. LXXIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. LXXIII.

*Galliarum Rex cum Helvetiorum præsidio Meldis profectus.**Thuan. l. 42.
Mezeray
abrege
chron. t. 5.
pag. 152.*

Cum interim in Francia Protestantes ob Bajonnense colloquium, cujus supra meminimus, exacerbati haud ignorarent, quod ad plectendam eorum temeritatem, illosque eliminandos consilia agitentur, hinc subidem tempus arma capeffentes omni ex parte copias contrahebant, tam rapido furoris sui progressu, ut Regem Parisios revertentem, ac Meldas venientem Princeps Condæus, qui eum cum pluribus equitum signis insequeretur, jamjam cingeret: cum ergo Montmorentius Connestabilis Regem obsideri, atque in loco tam importuno facile ad iniqua pacta compelli vereretur, hinc noctis beneficio inde secedere, ac Parisios confugere, optimum fore censuit: ergo integra nox, quæ vigesimam septimam a vigesima octava die segregabat, adornando itineri infumitur; atque Helvetii in armis esse jubentur, qui cum incredibile lætitia, ac jubilo hunc honorem ipsis delatum acceptabant, atque Beliducis sui Fifferi, qui Regem suorum fidei, ac suæ Nationis fortitudini penitus committi, a Senatu petebat, oratione animati, palam profitebantur, se
una

una omnes nullo excepto aut mortem
 appetituros, aut tuto Regios Principes
 Parisios usque conducturos: ergo Rex
 mane circa quartam diei horam Mel-
 dis egreditur, comitantibus eum Aulæ
 suæ Proceribus, Regio Senatu, ac No-
 bilibus Matronis, quos omnes Helvetii
 agmine in quatuor acies explicato ita
 potenter undique cingebant, ut totam
 Aulam veluti valido propugnaculo in-
 clusam, defensionemque tenerent.

§. LXXIV.

*Rex cum Regina Parisios feliciter
 veniens.*

Albescente jam die Condæus Prin-
 ceptus, quem Andelotus sequebatur,
 cum suis copiis accurrere audebat: quin-
 imo dum Rex quartam circiter itine-
 ris leucam confecerat, sexcenti equi-
 tes illum adoriebantur, qui tamen at-
 toniti hærebant, cum Helvetios can-
 tare audirent, & pro more suo, cum
 ad certamen sese accingunt, terram
 osculantes, inclinatoque capite ha-
 stas suas decussatim tenentes, aditum-
 que sibi per vim aperire paratos cerne-
 rent, hinc Princeps eos obruendi spe
 frustrabatur, postquam vero Andelotus,
 & Rupifulcaldius unacum quingentis
 circiter peditibus a via declinaverant,
 rursus quo globi ictus pertingere posset,

Thuan. l. c.

Sæcul XVI. propius accurrerunt, suosque sclopetos
A.C. 1567. in primam Regii præsidii aciem exone-
 rarunt, quin tamen Helvetii inde ter-
 riti, aut itineris ordo interruptus fuisset: cum autem Connestabilis vereretur, ne incalcentibus animis sensim res ad prælium, invita etiam utraque parte, deveniret, Regi, ac Reginae auctor fuit, ut diverso itinere cum delecta ducentorum equitum manu ex aulica nobilitate, cujus præcipui Duces erant Claudius Lotaringus Aumalius, Vetus Villa Marecallus, Biro Malavicinerius, & Fonseca Surgerius, Lutetiam recta tenderent: ipse vero Connestabilis cum Helvetiis, ac reliqua nobilitate eodem semper ordine incedens, & frontem instanti hosti per vices vertens Borgetum prope Parisios venit, exiguo utrinque damno dato, aut accepto, nam ex Helvetiis non nisi triginta desiderabantur, Rex vero interea incolumis unacum Regina, omnique aulico comitatu ante vesperam non nisi quarta hora post multa pericula, quibus erat expositus, Parisios venit, quin toto die cibum capere potuerit, unice intentus, lætusque, quod Calvinistarum furorem evaserit.

§. LXXV.

*Calvinistarum consilia de Rege capi-
piendo.*Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

Equidem omnino certum non constat, quid Calvinistæ hac aggressione sua moliri voluerint, id tamen vero fati-
mole videtur, quod ipsam Regem, ejus-
que Fratres comprehendere tentave-
rint, ut Regnum pro suo arbitrio mo-
derari, omnesque ipsorum consiliis ad-
versantes e medio tollere possent. Hu-
jus sceleris suspicio præcipue in Prin-
cipem Condæum cadebat, adeo, ut
validæ illum de hac perfidia accusandi
rationes obversari crederentur: interim
ut res se habuerit, id omnino explo-
ratum habetur, quod Condæus, cete-
rique suæ factionis homines consilii sui
successu frustrati Clajam adeo pertur-
bati aufugerint, ut per quatuor, vel
quinque dies ibidem hæerent delibe-
rantes, quid demum consilii caperent,
vel quo obtentu suam perfidiam hone-
starent.

*Dupleix
hist. de
France t. 3.
pag. 716.*

§. LXXVI.

*Deputati a Rege ad conjuratos missi,
horumque responsum.*

Sub idem tempus Clajam a Rege ad
conjuratos primo Hospitalius Can-
cellarius, Vetus villa, & Morvillerius
decernebatur, postea autem rursus so-
lus

*Thuan. l. 42.
la Popel.
l. 12.*

Sæcul XVI.
A.C. 1567.

lus Sansulpitius, ac denique tertia vice Cancellarius, & Sansulpitius unacum Lemovicensi Episcopo ad eosdem mittebantur, qui eisdem exponerent, Regi, ac cunctis novum, ac insolens videri, quod homines nulla injuria laceffiti inopinato, ac sine mandato arma sumpserint, ac proprium suum Regem in suo Regno prope invaserint, pessimo sane exemplo, quippe fide, & obsequio, quod Regi debent, labefactatis: si autem exteri Principes, nisi prius facta causarum denuntiatione bellum alteri inferre minime audent, multo minus id moliri debuissent subditi contra suum Regem, quod citra perduellionis crimen facere non potuerunt, cum aggredirentur Principem suum, cui tamen omne obsequium præstare tenebantur.

Verum ad hæc rebelles respondebant misso libello, quem Regi exhiberi postulabant, in eo autem rem excusabant, dicentes, quod suorum inimicorum, qui Regis aures ad querelas toties repetitas obstruunt, adacti fuerint, ut tutelæ suæ causa, & necessitate potius, quam sponte ad extrema consilia descenderint. His dictis acerbe in Guifianos debacchantur, eorumque inquietas mentes, & ambitiosa consilia acerbis verbis exagitant. Insuper etiam mentionem fecerunt Bajonnensis colloqui

quii cum Albæ Duce habiti, hæc afferentes: „nos non latet, quod ibidem „decretum fuerit, ut Condæus Princeps, Colinius maris Præfectus, & „Andelotus, aliique Proceres caperentur, idcirco ad arma conclamavimus, „ut nos defendamus, cum aliam tuendæ nostræ libertatis, ac vitæ rationem „non habeamus: de cetero autem arma deponere parati sumus, si data „securitate pax æquis conditionibus constitueretur „

§. LXXVII.

Parisiensis urbs a Calvinistis cincta.

Cum Condæus Princeps præteritæ perduellionis haud immemor injuriæ Regi illatæ veniam obtinere desperarit, Parisinam Urbem cingere, ac famis violentia sibi subicere constituit, donec omnes, qui ferme in universo Regno adversus suum Principem arma sumpserant, sese eidem conjungere possent, eapropter hic idem in mandatis dedit, ut in Aquitania, Delphinatu, Alverniis, Occidania, & alibi æque, ac in Germania copiæ conscriberentur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Thuan. l. 6.
Davila l. 4.
pag. 205.
Mezerai t. 5.
pag. 153.

§. LXXVIII.

Vicina hujus Urbis loca a Calvinistis capta.

Præ-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Thuan. l. c.

Præprimis Calvinistæ Monterigolum occuparunt, eoquod ab hac urbe Annona per Campaniæ, & Burgundiæ flumen copiose advehi posset: insuper Pontem Carentonii, qui Matronam annem excipit, suis armis subegerant, Melodunum vero, & Corbolicum aggredi non audebant, eoquod ambes urbes, licet exiguæ essent, valido tamen præsidio munitas scirent, atque earum primæ Crenayus, alteri vero Sourdus præesset: die tamen quinta Octobris noctu molatrinæ omnes inter Templariorum, & S. Honorati portas incendunt, postquam sancti Dionysii oppidum jam die secunda Octobris ceperant: porro eodem tempore Lanoyus Aureliam opitulanti hujus Urbis Calvinistis occupavit, adeo, ut Franciæ Regnum in uno quasi temporis momento iisdem calamitatibus, a quibus vix erepta fuerat, rursus per Calvinistas undique immersum cerneretur.

§. LXXIX.

Actum de Calvinistis ad officium revocandis.

Regina Regem eo inclinabat, ut pacem cum Calvinistis inire quæreret: illa enim verebatur, ne bello diutius protracto tota auctoritas penes Connestabilem, atque exercitus Belli

Belliduces persisteret, aut omnibus regi-
 viribus in discrimen adductis re-
 gno exitium immineret, eapropter ut-
 rinque pacis articuli proponebantur,
 moxque Regina die tertia Octobris Ho-
 spitalium Cancellarium, Morvillerium,
 & San - Sulpitium ad sancti Dionysii
 oppidum ablegabat, ut quædam con-
 cordiæ pacta rebellium Ducibus propo-
 nerent. Itaque Hospitalius post multa
 colloquia de præsentium temporum ca-
 lamitatibus ultro, citroque habita, Regi
 eam esse voluntatem coram Condæo
 Principe affirmabat, ut per universum
 Regnum pax restituatur, quam in rem
 præteritorum oblivionem ab eo pro-
 mulgandam dicebat.

Sæcul. XVI.
 A.C 1567.
 La Popel.
 l. 12.
 Thuan. l. 42.

§. LXXX.

*Condæi Principis postulata ad
 Regem.*

Cum Condæus Princeps minime hac
 ratione sibi, ac sociis satisfieri re-
 spondisset, Hospitalius rogavit, ut,
 si quid præterea haberet, quod a Rege
 peteret, libere exponeret; ad hæc Prin-
 ceptus Condæus tum nihil respondit, uni-
 ce asserens, quod nonnisi scriptotenus
 mentem suam declarare posset, quibus
 dictis mox abiit: altera autem die
 Princeps scriptum suum responsum de-
 dit, cujus capita hæc erant. I. Rex
 ad

Sæcul. XVI. ad tollendas a Protestantibus conceptas
A.C. 1567. suspiciones, fidemque publice facien-

dam, quod nulla in ipsius animo alienatæ voluntatis nubes resideat, externas copias quamprimum a se dimittat. II. Condæum Principem, & Proceres, qui cum eo sunt, armis depositis ad se accedere jubeat, supplicum querelas benigne auditurus. III. In calumniarum fabricatores severe animadvertat. IV. Edictis in Protestantium gratiam factis, quæ per interpretationes, & super iis factas declarationes enervata fuere, auctoritatem, vimque restituat. V. Pacem Regno, suorumque subditorum conscientis libertatem reddat, eisque passim suam sectam profitendi licentiam concedat. VI. Officia, dignitates, honores, Magistratus æquali jure nullo Religionis discrimine inter suos, qui modo iis digni reperirentur, dividat. VIII. Populum a tributis, quæ Itali in Aula auctoritate pollentes imponebant, atque inhumana crudelitate a rusticis vigesies plus, quam iidem Regi præbent, exigebant, penitus liberet. VIII. Denique tranquillitati publicæ optimis remediis consulatur, atque universi Regni comitia more majorum libera primo quoque die habeat.

§. LXXXI.

§. LXXXI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Hiscæ postulatæ Regina Mater vehementer offensa.

Hoc scripto Regina graviter irritabatur, hinc Caroli IX. nomine hæc responderi iussit.

Thuan. l. 6.
Daniel hist.
Franc.
pag. 366.

§. LXXXII.

Regis mandata ad rebelles transmissa.

„Quandoquidem nemini, præterquam
„Regi in suo Regno conventus
„habere, militem conscribere, pecuniam
„imperare, & programmata publicare licitum est, eaque jura Regi pecuniaria, nec eidem cum ullo, cujuscunque is dignitatis, & conditionis existat, communia sunt, cui proinde omnes, & præcipue cuncti eidem sanguinis propinquitate, aut munerum necessitate juncti parere tenentur, ea de causa cum Rex certior factus esset, quod plerique in armis ad oppidum sancti Dionysii sine jussu suo convenerint, eorumque præcipui Duces dicantur Condæus Princeps, tres Colinii fratres, Odetus Cardinalis Castellionæus, Caspar maris Præfectus, & Franciscus Anelotus, Franciscus Rupifulcaldius Comes, Franciscus Hangeustus Genlius, Georgius Claromontius Ambosianus, Franciscus Saulius comes, Fran-

Thuan. l. 6.
La Popel.
l. 13.

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. K „ciscus

Sæcul. XVI
A.C. 1567.

„ciscus Barbanfonus Canius, Jacobus
„Bucardus, Bajancurius Buchaccia-
„nus, Antonius Dallius Piquinius, Ja-
„cobus Broliardus Lifius, Gabriel
„Mongomerius Comes, Joannes Fer-
„reri Carnutum Vice-Dominus, hinc
„Rex uni ex fecialibus suis mandavit,
„ut cunctis imperet, quando sine iussu
„suo in armis convenerint, cujuscun-
„que dignitatis, ac conditionis sint, ut
„se statim positis armis coram Rege
„sistant, eique obedientiam tanquam
„legitimo Principi suo, & a Deo supra
„iplos constituto, quam juxta Dei præ-
„ceptum debent, omnino præstent:
„sin minus, suomet & agendi modo te-
„statum reddunt, atque exemplo suo
„declarant, quod conventus insolent-
„tes, sumptaque arma magno populi
„incommodo, sed majore Majestatis, ac
„dignitatis detrimento, approbent: cum
„autem ejusmodi ausus manifestam se-
„ditionem prodant, hinc Rex post hanc
„eorum declarationem cum illis pro-
„criminis modo, ac gravitate decer-
„nere cogitur.,,

§. LXXXIII.

*Calvinistæ hac Regis denuntiatione
turbati.*

Ia Pop.
Thuan. l. c.

Postquam hæc denuntiatio Regis no-
mine ad præcipuos rebellium Duces
in

in sancti Dionysii oppido congregatos fuerat delata, hi inde haud parum turbabantur, major tamen pars eorum postulata nonnihil moderanda censuit, ac suasit, ut duntaxat plena profitendæ religionis, ac conscientiarum libertas passim nullo locorum, aut personarum discrimine facto peteretur, sublatis etiam novorum edictorum interpretationibus, aliisque, quæ a Franciæ Curiis fuere addita. Placuit ceteris hoc consilium, quod ad excusandam rebellionem suam sat opportunum credebant, quamvis nulla omnino excogitari posset ratio, quæ unquam tantam perfidiam reddere legitimam valeret; ut vero suam agendi rationem magis adhuc quodam æquitatis fuce honestarent, scriptum divulgabant, in quo palam profiteri audebant, quod cuncta bono animo fecissent, nec ex eo fine, ut quidquam auctoritari Regiæ, cui obsequi se semper paratos, ac nunc denuo profitebantur, detraherent, aut eam privata licentia invaderent, sed ut Regem pro fide, quam ei debent, sincere monerent, & humillime obsecrarent, quatenus benignitatis ingenitæ lumina aliquando in miseram, atque innocuam plebem exterorum avaritia, ac violentia oppressam conjiceret, ac publicæ calamitati pro prudentia sua prospiceret, hinc

Sæcul. XVI
A.C. 1567. a se orari, atque humiliter interpellari Regem aiebant, ut officium a bona, ac propensa voluntate profectum in bonam partem interpretetur, nec falsis inimicorum criminationibus exacerbatus, quidquam inclementius propterea de iis cogitet, aut statuatur.

§. LXXXIV.

Actum de colloquio Capellæ inter utramque partem habendo.

Thuan. l. 42.
num. 3. Altero hoc libello ad Regem adlato magna animorum in aula mutatio secuta est, ac revocatis ad Religionis causam postulatis, rem ad concordiam reduci posse prudentissimi quique sperabant: attamen Regina adulationibus Cardinalis Lotaringii corrupta ab initio paci obsistebat, cumque aliunde Guisii Ducis obitu hujus familiæ potentiam labefactatam cerneret, ac Montmorantios, & Colinos, quamdiu pax vigeret, semper invicem conjunctos fore probe cognosceret, hinc ad dissensionem inter eos seminandam, eorumque auctoritatem infringendam nullum aliud medium magis securum, quam ipsum bellum fore arbitrabatur: his igitur rationibus permota ad arma convolandum decernebat, prævaluit tamen in Senatu auctoritas Montmorantii **Connestabilis** ad pacem propensi, imo ad

ad tranquillitatem regno reddendam Sæcul. XVI.
A. C. 1567.
 jam unum, alterumque amicum collo-
 quium fatis, superque fore creditum est,
 adeo, ut Franciæ Regina cunctis hisce
 machinationibus incassum adhibitis con-
 sentire coacta esset, quatenus de pace
 cum Calvinistis fancienda ageretur. Ad
 hos igitur Rex ipsum Connestabilem ab-
 legabat, unacum Francisco istius Fi-
 lio, & Acturo Cossæo Gonnorio, Ar-
 mano Gontaldo Birono, & Claudio Al-
 baspineo, qui ab epistolis erat: porro
 colloquium instituebatur prope Capel-
 lam, medio inter urbem, ac Diouysii
 fanum itinere, quo mox Condæus Prin-
 cept unacum Coliniis fratribus, Vice
 Domino Carnutum Saulio Comite, &
 Canio venit: cum autem hi rebelles
 pacem pertinacius respuerent, hinc præ-
 sens quoque colloquium non minus, ac
 priora omni successu caruere.

§. LXXXV.

*Colloquium ob Calvinistarum perti-
 naciam dissolutum.*

Præprimis Protestantes Religionis suæ Davila l. 4.
pag. 200.
 libertatem per universon Regnum Thuan. l. 6.
Mezeray
hist. de
France t. 2.
pag. 965.
 non facto locorum, ac personarum
 discrimine, nec addita quavis condi-
 tione, neque posita restrictione sibi
 concedi pertinaciter urgebant: ast,
 si hanc propositionem nonnihil mode-

K 3

rati

Sæcul. XVI
A.C. 1567

rati essent, Connestabilis alioquin quietis publicæ oppido studiosus, hoc pacto concordiam firmare, quantum in ipso erat, paratum sese exhibuisset: attamen Calvinistæ rebelles, postquam de pace agi cognoverant, petulantiores effecti ampliora, quam antea proposuerant, postulabant: unde ob eorum pertinaciam utrinque re infecta discessum, bellumque continuatum est.

§. LXXXVI.

Bellum utrinque adornatum.

Thuan. l. c.
Beiles. l. 610.
105.
Castell. l. 6.
cap. 6.

Itaque Carolus IX. inter hæc arcta prehenfus missis ad omnes Provinciarum Gubernatores Nuntiis copias, quotquot possent, conscribi iussit: vicissim vero Calvinistæ ubique militum delectum habebant: eapropter utrinque rursus ad prælii necessitatem deventum, atque intra exiguum temporis spatium Staraparum urbs occupata, & Dordinga in deditionem accepta fuit: postea autem rebelles, cum pontes, ac portas Parisiensi civitati vicinas regiis copiis obsessas cernerent, easdem prope sancti Clodoaldi oppidum aggrediebantur, & die vigesima quarta Octobris eorum copix navibus ad id paratis Sequanam trajecerunt, atque inde sine ullo discrimine ad S. Audoeni oppidum pervenerunt, ubi eas Colinius Archithalassius

lassus operiebatur, porro conjunctæ omnes rebellium copiæ duo equitum, & octo peditum millia efficiebant, novo ad eas quotidie conflente milite.

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

§. LXXXVII.

Lutetia a Calvinistis undique cincta.

Postea distribuebatur rebellium exercitus, & quidem pars cum Condæo Principe in Dionysii oppido permansit, quibus copiis Carnutum Vice-Dominus, Barbanonus Canius, Franciscus Comes Saulius, Nicolaus Campanus Suisæ Comes, & alii duces præerant: pars autem alia cum Colinio maris Præfecto, Andeloto fratre, Claromontio Ambofiano, Rentio, aliisque ad Audoeni oppidum, quod est Sequanæ impositum, processit: Hangeftus vero Jenlius, Varda, aliique ad lævam Ambervillerium pagum pro hospitio habuerunt: porro hi duo pagi se tanquam cornua, quibus S. Dionysii oppidum tegebatur, porrigebant, ibique exercitus robur erat, dum ex altera parte ceterius erat missus Mongomerius Comes, ut Borgetum pagum in via, qua Silvanectum, & Claromontium itur, occuparet: obstructo igitur ea parte omni ad urbem Parisiensem per terram aditu Claromontius Ambofianus pergere jubetur Charentonium, qui pagus ad

Thuan. l. 42.

Sæcul. XVI. A.C. 1567. Matronam pontem turre munitam habet supra confluentem, ubi ille, qui turri præerat, vix expectato hoste statim deditionem fecit, ob id postea Lutetiæ capite plexus: turre igitur aperta, & Latiniaco jamjam occupato, sub idem tempus adjuncto sibi Montgomerio Comite Andelotus cum quingentis equitibus, & delecta peditum manu Possiacum proficiscitur, ut copiis, quas Albæ Dux in Franciam ductore Arembergio Comite transmissurus esset, aditum intercluderet: ast cum Andelottus Possiaci hæreret, interim intercluso a regiis copiis transitu ad suos in tempore reverti, & prælio mox commisso interesse non potuit.

§. LXXXVIII.

Publicæ Parisiensium indignationes ob annonæ penuriam.

Thuan. & Popel. l. 12. Mainbourg hist. du Calvin. l. 5. pag. 193.

Supererat adhuc conjuratis expugnatione Argentolii, quod prope Sequanam oppidum est infra sancti Dionysii civitatem situm, ac nonnisi dirutis mænibus cinctum, nec ulla ferme fossa munitum, quod Burrius occupare jussus sine magno negotio armis suis subjecit: expugnabant pariter rebelles Bufenvalliam arcem trans Sequanam, inde vero captabant securam opportunitatem viæ, per quam suis excursionibus

ex

ex Andegavensi, Cenomanensi, & Per- Sæcul. XVI.
 ticensi agro, necnon ex Carnutensi urbe, A. C. 1567.
 imo ipsa etiam ex Normannia com-
 meatum indies copiose Lutetiam com-
 portatum intercipere possent. Rebus
 ita dispositis jamjam Parisiis plebs ob
 annonæ penuriam, ad quam locis un-
 dique obsessis redigebatur, palam fre-
 mere cæperat, & nisi Rex cohibuisset,
 res ad apertam seditionem spectasset:
 verum Connestabilis, cum hæc convi-
 tia a populo præcipue in se jactari
 cerneret, vulgi indignatione commo-
 tus consilium suum, quo omnia hostium
 castella sensim aggredi decrevit, tan-
 dem exequifirmum, ratumque habuit:
 hinc a sancti Dionysii oppido, ubi Con-
 dæus Princeps diversabatur, initium
 ducere statuit, ac cum sexdecim mil-
 lium agmine hanc Principis stationem
 aggredi molitus est: tum enim Con-
 dæus nonnisi quatuor suorum millia in
 castris habebat, nihilominus in loco,
 ex quo vi propelli posset, hostem ex-
 pectare haud consultum ratus, ultro
 in aciem progredi, ac prælii discrimen
 subire statuit, quamvis vero victoriam
 reportare haud speraret, prævidebat
 tamen, quod certamine nonnisi ad ve-
 speram inchoato, certo certius noctis
 tenebræ pugnantium ferociam cohibi-
 turæ essent, proin ipse, priusquam Con-
 nestabi-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.
nestabilis copiis longa militia efferatis magnum damnum inferendi spatium nancisceretur, sese tuto recipere posset ad proximum locum, in quo certe exercitus nondum plene victoriosus ipsum aggredi minime ausurus esset.

§. LXXXIX.

Prælium San - Dionysiopolitanum.

Thuan. l. 42.
Bellef. l. 6.
c. 106.
Enimvero res, prout Condæus præviderat, re ipsa evenit, quippe ad vesperam secunda Novembris die in aperto campo prope oppidum sancti Dionysii commissum est prælium, in quo Colinius, qui sinistram Protestantium aciem ducebat, per Franciscum Montmorentium Connestabilis Filium fusus, fugatusque est: ex altera autem parte Connestabilis a Condæo Principe, & Castillionæo olim Cardinale fuit profligatus, ejusque copiis in fugam actis omni ex parte ab hostibus cinctus, a suis vero derelictus est, ubi cum a Roberto Stuardo Nobili Scoto, ut se dederet, rogaretur, ipse valida adhuc manu undique circumventus capulum ensis in maxillam ejus intorsit, tanta vi, ut ei duos dentes excuserit: quo facto impatientia doloris exacerbatus sive Stuartus ipse, sive alius e turba, sclopeti ictum a tergo in eum direxit, qui in loricam infirmam, nec sclopetorum

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

torum ictibus ferendis parem facile pe-
netravit, & lethali plaga affectum in
terram prostravit: interea vero victri-
bus Francisci Montmorentii copiis op-
portune accurrentibus Pater ex hostium
manibus ereptus est. Tandem post acre
trium horæ quadrantium certamen
Protestantes, cum victoriam Catholicis
incipitem reddere desperarent, resti-
tutis ordinibus sese receperunt, prælii
acie Catholicis relicta: altera autem
die Connestabilis ex vulneribus suis ani-
mam Deo reddidit, qui quamvis octo-
genarius esset, animi tamen fortitudi-
ne, qua major in juvene desiderari haud
posset, decertavit, postquam pruden-
tia celeberrimo Belliduce digna, ac cir-
cumspeditione prius cuncta ad prosperum
certaminis exitum necessaria provide
disposuerat.

Postea conjurati, ut plenæ victo-
riæ gloriam Regi adimere, propriæ ve-
ro existimationi tam apud Gallos, quam
apud Protestantes Germaniæ Principes
consulere possent, novi prælii discrimen
offerre statuerunt, quamvis sibi probe
persuasum haberent, provocationem ad
pugnam haud acceptatum iri, cum Con-
nestabilis dignitas alteri, qui supremum
exercitus imperium digne in se susci-
pere posset, nondum collata esset: ergo
Andelotus & Montgomerius Comes
cum

Sæc XVI.
A C 1566

cum recentibus, quas adduxerant copiis prodibant, ut factionis suæ honorem repararent, cum autem hostem, quocum dimicarent, non offenderent, Capellam Pagum incenderunt, atque Andelotus usque ad primum Parisini suburbii munimentum progressus fuit, ubi nemine obsistente cum toto suo peditatu nonnisi molatrinæ, quæ sola ei restiterat, vim admoveri jubet: illam vero ampla fossa cinctam Guerrerius Parisinus strenuus Ordinum Ductor tuebatur, qui cum exiguo admodum suorum numero aggressores repulit, atque Andelotum fugere compulit, qui tamen inde sub tubarum sonitu recedebat, perinde acsi victoriam reportasset.

§. XC.

Recentes copiarum utrinque toto studio collectarum.

La Povel.
hist de Franc.
l. 12.

Davila l. 4.

Thuan. l. 42.

Interea ambæ partes in omnibus Provinciis pro suo quisque exercitu milites conscribere, ac belli vel maxime cruenti classicum canere satagebant, & quidem Rex suppetias ab Italis, atque Hispanis sollicitabat, & rebelles ab Anglis opem quærebant, ab utraque autem parte Germani ad ferenda auxilia urgebantur: verum Elisabetha petitam opem ferre recusabat, caussata pacem non ita pridem cum Gallis initam;

in-

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

insuper querebatur de Calvinistis, quod ipsi, quamvis illos pecuniis, ac milite in primis tumultibus juvisset, Anglos tamen, quorum ope rebus suis utiliter prospexerant, deseruissent, imo etiam in obsidione Portus - Gratia adversus eos dimicassent. Interim Rex Bochatelum Rhedonum Episcopum ad Principes Germanos ablegabat, ut eorum quosdam ad milites suppeditandos induceret, alios vero a suppetiis in rebellium subditorum favorem ferendis dehortaretur, ipsisque exponeret, quod in presentibus turbis Franciam agitantibus non propugnaretur religionis causa, cum sua Protestantibus libertas constaret, nec eorum conscientis ulla vis inferretur, adeo, ut bona, honores, integraque omnia eis manerent, hinc duntaxat ageretur de seditione, quam ex regiis subditis quidam excitarunt, quorum malitia eo temeritatis devenit, ut in ipsam sacratam Majestatis suæ personam manus injicere pararent, imo, & Regem a Meldensi urbe Parisios usque armis insequi, ipsumque in sua Metropoli cinctum tenere ausi fuissent. Ceterum Badensis Marchio quatuor equitum millia Regi pollicebatur, Saxoniae vero Dux, & Marchio Brandeburgicus, necnon Hassiæ Landgravius contra Franciæ Regem antiquo foedere eis

jun-

Sæcul. XVI. junctum milites conscribere prohibuerunt.
 A.C. 1567.

§. XCI.

Condæus Princeps Monasteriolum secedens.

*Thuan. l. v.
 Mem. de Casteln. l. 6.
 c. 8.*

Postmodum Condæus Princeps, cum se in urbe, ubi morabatur, unacum suis obsideri pertimesceret, cum exercitu suo Monasteriolum quarta post pugnam die secessit, datisque literis Calvinistas, qui adhuc Pictavii, Engolismæ, & apud Santones hærebant, monuit, ut prompte in aciem copias suas educerent, & quascunque possent, urbes occuparent. Jam priori Mense Februario Rupellam ceperant, eoque Francisus Putardus Truchares recens electus hujus urbis Rector hæreticis ad dictus Santerminio, qui se Condæi Principis Legatum dicebat, portam aperuisset: insuper sub idem tempus Condæus Princeps validas suppetias a Palatino Rheni Comite acceperat, nec minus Aquitani, Engolismenses, Santones, & Pictavienles Condæi jussis fideliter obtemperantes intra breve tempus numerosum contraxerunt exercitum, quo recens militia a Protestantibus conscripta in Delphinatu, Occidania, Borbonia, Alverniis, Fori, & alibi augebatur.

Al-

Altera ex parte Niverniensis Dux ^{Sæcul. XVI.} pro Galliarum Rege suppetias attulit ^{A.C. 1567.} Henrico Andegavensi Duci, juveni quatuordecim annorum Principi, cui post Connestabilis mortem supremum exercitus imperium fuerat delatum: igitur nil nisi prælia in variis Provinciis audiebantur, unde Franciæ Regnum intestinis bellis omni ex parte misere dilaceratum cernebatur (*).

§. XCII.

(*) Hi nempe sunt certi fructus, qui ex qualibet secta a fide Catholica aliena pullulant, nisi hæreticis statim ab initio obsistatur, quotiescunque enim invalescere permittuntur, nec lenitatis via, nec poenarum severitate, neque armorum potentia ad saniora reduci possunt, sed sub religionis obtentu, ac libertatis conscientiarum, vel purioris doctrinæ prætextu nil nisi seditiones, & rebelliones in suos Reges, & Principes concitant, omnes, quotquot eorum erroribus dediti non sunt, dire vexant, & calumniis opprimunt, quietem publicam perturbant, patriam, & Regna incendiis, rapinis, & cædibus replent, ac devastant, cunctaque susdeque vertunt. Hoc experta est Germania, Flandria, Scotia, Gallia, totque alia Regna, in quibus antea animorum consensio, pax, & concordia floruit omnibus in vera fide conjunctis, ac suo Principi obtemperantibus, quam

Sæcul. XVI.

§. XCII.

A.C. 1567.

Scoti in Reginam suam conspirantes.

Thuan. l. 40.

Nec majori tranquillitate Scotiæ Regnum fruebatur, quippe Jacobi Heburni Botwelii Comitis ambitio, ac Mariæ Stuartæ aversio a Rege Marito suo ibidem ingentes concitabat tumultus, quorum victima ceciderat Rex a sicariis in suo lecto faucibus compressis strangulatus: equidem ad occultandum scelus Regis ædes subjecti pulveris vi in aera raptabantur: ast exinde nec populo, nec Proceribus Regi suo propensius violentæ cædis suspicio adimi potuit: non deerant etiam, qui Mariam criminis consciam crederent ex eo, quod studiose in reos inquirere neglexisset: insuper augebantur hi rumores, eoquod ipsa Botvelio nupsisset, unde quascunque demum rationes ad excusandas hæc nuptias protulerat, nihilominus nec ex populi sui, nec etiam exterorum mentibus funestam suspensionem delere poterat, quam tot insolitæ ipsius agendi rationes omnium animis impresserant: itaque Scotiæ Proceres, quos ejusmodi fata præcipue tangebant, ad-

versus

quamprimum autem hæresis invaluit, mox Regum, ac Principum securitas ablata, & Regnorum felicitas amissa est.

versus Regis sui homicidam, quo nomine appellitabant Botvelium, conjurant, sumptisque armis exercitum in aciem educunt, adversus quos Regina vicissim cum suis copiis progreditur: ast spe freta, se ab hisce foederatis Proceribus debita reverentia exceptum iri, imprudentius eorum castra accedit, ubi illi eam capiunt, & veluti in partæ victoriæ trophæum Edimburgum abstrahunt, quoddam præferentes vexillum, in quo Rex mortuus erat depictus. Postea lata in Procerum comitiis sententia Regina detinebatur capta, instructisque judicii actis Botvelius Comes tanquam Regii homicidii reus morti adjudicabatur, qui tamen extra Regnum profugus sese supplicio subduxit.

Demum conjurati Reginam vi compellebant, ut supremam Regni auctoritatem Filio suo cederet, illius vero administrationem, quibuscunque vellet, Proceribus traderet. Annuit huic propositioni Regina, quæ Regni Rectorem nominabat Murræum Comitem in Galliis agentem, ubi se post Reginæ captivitatem illico receperat, ut eorum, quæ contra ipsam attentarentur, haud conscius esse crederetur, quamvis nihil in eam violentius agi posse, sibi persuasum haberet: itaque Maria, priusquam solium abdicaret, li-

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. L. teris

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Sæcul. XVI
A.C. 1567

teris fide publica munitis, clam tamen, adversus hanc cessionem vi, ex subditorum suorum petulantia extortam reclamabat: nihilominus Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo septimo die nona Julii Jacobus VI. Rex Scotiæ fuit proclamatus, donec vero Rex per ætatem capessendo Regno idoneus esset, Murræus in Proregem nominabatur (*).

§. XCIII.

(*) Tam atroces calumnias mere in Religionis Catholicæ odium Calvinistæ, ac Lutherani contra hanc piissimam Reginam excogitarunt, ut nullo unquam exemplo luculentius demonstrari valeat, quod hæresis duntaxat rebellione, calumniis, violentiis, mendaciis, rapinis, & cædibus stabiliri, ac propagari soleat: funestæ autem huic scænæ ubique, ac semper in Scotia proluserunt Calvinistæ, primasque huic Reginæ molestias creabat Arronius ex gente Hamiltoniorum Comes Calvini erroribus adhærens, atque a Calvinistis Gallis ad Mariam ab Anglico solio excludendam incitatus, quo autem turpiter deluso Calvinistæ incitabant Jacobum spurium Mariæ fratrem dictum Comitem Murravium, qui se per Mariæ nuptias cum Darlæo a spe regni exclusum dolens Reginam calumniis opprimebat, & cum Calvinistis suis arma ad-

versus

Quidam in Franciam ablegati ac Caletensem urbem restitui postulantes.

Eodem hoc anno Elisabetha Angliæ Regina Thomam Smithum, & Henricum Norriseum in Gallias ablegabat, ut de restituenda Caletensi urbe agerent:

*Thuan l. 41.
Cambden in
annal. Regni
Elis.*

versus eam capeſſebat: inſuper idem Mariæ Maritum in Davidis næcem incitavit, atque inter ambos Conjuges implacabile odium inſtillare ſtudit, fruſtraneo licet conatu; quippe Rex Deo ejus animum illuſtrante manus, quas antea ad indignum hoc facinus attulerat, recenti ſanguine calentes jam ſupplices tendebat ad Reginam, falſus, ſe non odio in eam, ſed alienæ fraudis inſtigatione peccaſſe; unde Regina Maritum ſuum veniam exorantem amantiffime inter lacrimas, mutui amoris teſtes excepit, condonata omni, ſi quæ commiſſa eſſet, culpæ venia, atque eundem amorem poſtea continuatum opere teſtata eſt, ubi ad primum nuntium de adverſa Mariti valetudine mox veredariis equis Glaſcum delata, eidem omnia conjugalis amoris officia exhibuit, inde autem cum eo Edenburgum veniens adeo amice ei convixit, ut Rex eidem non ſine maxima Murræi, & complicum offenſione totam conſpirationis ſeriem exponeret, ac

Sæcul. XVI.
A.C. 1567. rent: Regina enim his innitebatur rationibus. I. Pace in Castello Camera-censi facta convenerat, ut Caletum post octo annos exactos cum omni territorio

vicissim Regina communi studio omnes gerendæ Reipublicæ, ac sese contra seditiosorum molimina tuendi rationes cum eo communicaret: ex quibus colligitur, nonnisi per calumniam asseri, quod Reginæ animus a suo Marito averfus tumultuum in Scotia suscitatorum causâ extiterit. Ast nondum quieverat rebellium Calvinistarum furor, cum enim Rex sibi, ac conjugî suæ ob Jacobi spurii insidias plurimum timeret, hunc debita pœna plectendum statuit, Regina tamen misericors, cum simulata hujus spurii submissione deludetur, vitæ veniam eidem exorabat, qui tamen, cum sua flagitia, ac perversa consilia a Rege manifestata sciret, in istius vitam conspirare aggressus est, ut autem plurium ope adjutus hoc consilium exequi posset, Reginæ fallacibus suis precibus persuasit, ut ipsa necis complices præcipue Murtonium in gratiam reciperet: hoc obtento conjurati in sceleris societatem alios Proceres vocant, præcipue Botvelliæ futuri cum Regina connubii spe allectum: necis autem Regi machinandæ tempus seligunt Edimburgensia comitia, eoquod ad illa conflente multa nobilitate

in

rio suo Anglis restitueretur, & fidejuf-
fores idonei mercatores exteri, neque
Francicæ ditioni subditi, intervenirent,
qui restitutione non secuta ad decem
au-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

in multitudine, tam amore, quam odio profe-
quentium crederetur cædis suspicio eo facilius
ad alios declinari: eodem autem die spurius
Jacobus, ut sibi a suspicione caveret, obten-
to uxoris suæ morbo aula excesserat: rebus
igitur omnibus ad Regis necem dispositis Bot-
vellius cum suis pulverem spargit subtus ædes
regias, ut Rex ruinis obrueretur, sed fer-
tur, Regem animadversis insidiis cum puero
correptasse in locum subterraneum, Botvel-
lum autem canis, & vestigii indicio inventos,
ac extractos strangulasse: certior autem fa-
ma est, irruisse prius sicarios in cubiculum
Regis, compressisque faucibus extinctum ab
eisdem in proximum agrum fuisse exposi-
tum, quasi pulveris vi vibratum in aera. Varius
illico sermo, horum illum, illorum hunc su-
spicantium anthorem sceleris: validior vero
suspicio cadebat in Jacobum spurium: inquiri-
tur ergo in eum, & Reginæ jussu judicio dies
dicitur. Obiit vadimonium Botvellius, & Mur-
tonius Comes, alique hujus fordis clientes
agunt causam Botvelli quasi suam: exinde
autem falsitatis arguitur rumor, quo Regina
in reos inquisitionem neglexisse accusatur:

L 3

quid

Sæcul. XVI. aureorum solutionem se obstringerent;
 A.C. 1567. interim obsides a Rege darentur Fride-
 ricus Foxius Candala, Ludovicus Sam-
 mauranus Nigellæ Marchio, & Laval-
 læ

quid amplius ageret illa, dum turmatim omnes illum, qui præcipue sceleris reus habebatur, innocentem proclamant? rursus enim spurium hunc instigant, ut Reginam in caput Regis hæc infidias struxisse accusaret. Verum quis credat, quod Regina gravida Maritum adeo dilectum, corporis elegantia insignem, ætatis flore amabilem, filii sui in Regni spem nascituri Patrem occidere voluerit, post plenam præteritæ injuriæ veniam: si vero Maritum peremptum voluit, quid opus tanto, tamque publico strepitu? an venenum defuit? an servi, an famulæ? nonne Botvelius ipse in Dania decennali carcere detentus etiam in ipso mortis articulo constanter asseveravit, quod Regina in cæde Mariti sui nullam haberit partem, eaque prorsus hac inscia fuerit patrata? nonne hoc illius testimonium Rex Daniæ Principibus Europæ communicabat, & quidem eo tempore a Botvelio depositum, ubi nec timori, nec spei amplius supererat locus? nihilominus Calvinistæ spargunt, Reginam hujus cædis ream, eoquod Mariti sui cadaver sine ulla funeris pompa curari jusserit, nec ullo ferme luctu eidem parentarit. Ast hæc tam

læ comes, Gasto Foxius Tranii Mar-
 chio, Antonius Pratenfis Nantolietus
 II. iisdem pacis articulis additum erat,
 si alterius partis culpa bellum renova-
 ri

Sæcul. XVI.
 A.C. 1567.

tam malitiose, quam maledice de ea dicuntur;
 num hi calumniatores negare audent, Corpus
 Mariti jussu Reginæ Balsamo conditum, &
 pollinctum odoribus fuisse, nonne idem tu-
 mulus, qui Jacobum V. Regem Reginæ Pa-
 trem, etiam illud tenet, & tegit? funus ho-
 nestabant plurimi magnæ notæ Proceres, Ju-
 dices, Comites, Barones, omneque genus
 Nobiles: si vero hic comitatus major non
 fuit, id vitio Reginæ adversantium factum,
 ut eidem ex raro funeris comite facerent in-
 vidiam: cæremoniaæ ecquidem erant paucio-
 res, quam pro Reginæ aut voluntate, aut re-
 ligione, statæ tamen, & solemnes juxta præ-
 scripta hæreticorum, in quorum tunc pote-
 state omnes Regni thesauri erant: unde jam
 dudum antea plurimi, iique nobilissimi absque
 ullo funeris ritu, & pompa fuere sepulti, eo-
 quod Calvinistæ prohibuissent, ne quis effe-
 ratur ritu Romano cum solitis exequiarum so-
 lemniis: hinc si Regina; Maritum cum pom-
 pa extulisse curasset, illi eandem damnassent
 legis violatæ, cum autem nunc illum abs-
 que majori pompa efferi jubet, Maritum oc-
 cidisse eandem accusant: insuper redarguitur

L 4

etiam

Sæcul. XVI.
A.C. 1567

ri contingeret, qui prior bellum intulisset, jure pactis quæsito excideret, neque altera pars, cui damnum datum foret, pactis conventis stare teneretur. Verum

etiam Regina, quod percepto Mariti sui facto nulla doloris signa ediderit: attamen vidit tota aula fusas Reginæ lacrimas, audivit gemitus: nonne si forte sibi crines etiam evulsiisset, maligni hi calumniatores sparsissent, id ab ea studiose factum, ut patricidii suspicionem a se amoliretur. Gravius adhuc crimen Calvinistæ, præcipue Murræus Regnum ambiens, & Calviniani Ministelli unacum Knoxio, & Buchanano comminiscuntur, ut Matrem cum prole una opera extinguerent, & illorum nece, ac seditionum præsidio suam sectam stabilirent. Regina, inquiunt iidem, fracta conjugali fide Botvelio se prostituit, pactaque Mariti fide eidem mox nupsit, quam in rem Reginæ literas ad Botvelium *mysteriorum plenas* proferunt, quibus illa eidem imperat, *ut res suas curet*. Hæc illi: ast quo teste? enimvero nullum desuper allegare possunt, nisi hujus fabulæ undique male confarminatæ Architectum: si enim hæc literæ essent adeo obscuræ, & *mysteriorum plene*, quomodo certum dicitur, quod de nece Regis egerint? num nulla alia in tot Regni motibus Reginæ cum suo

Verum adhæc Rex Oratoribus re- Sæcul. XVI.
 spondit, quod novum, & insolens hoc A C. 1567.
 postulatum sibi videatur, cum post va-
 rios a pace successus, duntaxat de pa-
 ce

fuo subdito res esse potuit, quam mariti cæ-
 des? ubi mentio habetur in his literis, si ta-
 men vere scriptæ fuissent, de nece, de mo-
 do illam exequendi, de præmii pollicitatio-
 ne? Dein quis scripsit hanc epistolam? Re-
 gina: ad quem? ad Botvelium. Sed quid
 Regina scriberet literas ad Botvelium, quem
 in aula præsentem habuit? quo tabellario
 hæc literæ fuere missæ? Douglassio: verum
 hic in ipso spiritu, quem funis præcluserat,
 tam suam innocentiam testatur, quam spurii
 fraudem detestatus publice confirmat, has li-
 teras nec sibi datas, nec ad Botvelium, nec
 a Regina scriptas: nonne ipsa Regina Deum
 in testem invocabat, literas illas a se nun-
 quam esse exarratas: mirum insuper, quod
 hæc epistola, quam proferunt Calvinistæ, nec
 Reginae nomen subscriptum præseferat, nec
 ad Botvelium data legatur: quæ autem aucto-
 ritas ejusmodi literis, quæ nec nomen ejus,
 ad quem dantur, nec illius, a quo veniunt,
 exhibent? nonne Eboraci in Anglia hoc com-
 mentum tam aperto indicio detegebatur, dum
 repertus fuerat artifex, qui tam scite cunctos
 Reginae characteres imitabatur, ut quivis ge-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567. ce inter Francos, Anglosque fancienda, & sincere colenda negotium superesse existimaret. Postea Rex rem totam ad Consilium retulit, in quo auditi fuere Legati, atque Hospitalius Cancellarius cunctas Anglorum rationes valide refellebat, nihilominus Oratores ejus dicta pariter confutabant, tandem vero mutua illorum altercatio ita absolvebatur, ut Caletum Gallis relinqueretur, eoquod præsentis rerum vicissitudines in Anglia non permetterent, ut Regina bello Gallis indicto jus suum profequeretur;

nuinam Reginae scripturam esse jurasset. Denique Regnam hujus cædis consciam arguunt, quia mox cum Botvelio Regicida nuptias contraxit: equidem eidem nupsit, sed iisdem urgentibus, qui innocentem accusare, & perdere parabant; quid faceret Regina, tot Calvinistarum minis perterrita, tam ampla spe impulsa, nupsit Regicidæ, sed illi, cui nisi prius in judicio se ab hac labe purgaret, Regina se nunquam nupturam profitebatur, quem tamen ipsimet accusatores in tribunali innocentem declarabant.

Ex his succincte adductis patet, Regnam hæreticorum artibus fuisse delusam, convitiis, falsisque criminationibus oppressam, ac tandem in fidei odium Regno, honore, ac vita privatam.

tur: de cetero autem Oratores hono- Sæcul XVI.
 rifice dimissi sunt. A. C. 1567.

§. XCIV.

*Actum de nuptiis Catharinam inter,
 & Carolum Austriæ Archiducem
 conciliandis.*

Regina minus Gallos aggredi, quam *Thuan. l. c.*
 suum solium contra hostium suorum
 molimina tueri intenta erat, quem in
 finem sæpius matrimonium ineundi de-
 siderium simulabat, quamvis re ipsa ab
 hoc proposito semper aliena esset. Hu-
 jus tamen connubii spe potissimum la-
 stabat Carolum Austriæ Archiducem
 Maximiliani Cæsaris Fratrem, qui jam
 antea in Mariæ Scotiæ Reginæ Mari-
 tum per Lotharingium Cardinalem pro-
 positus fuerat, nihilominus Elisabetha
 sua simulandi arte ad tantam temerita-
 tem pervenit, ut etiam solemnè Lega-
 tione unacum Periscelidis Ordinis infi-
 gnibus Suffexiæ Comitem ad Cæsarem
 decerneret, qui cum eodem de connu-
 bii pactis ageret: vicissim Imperator ad
 eandem Stolbergium Comitem ablega-
 bat, ut Reginam in hoc suo affectu
 conservare niteretur: equidem Suffe-
 xiæ Comes nullum non! movebat lapi-
 dem, ut suæ Legationi prosper adspira-
 ret exitus, nam hic, ut Regina extero
 Prin-

Sæcul. XVI. Principi jungeretur, summis votis exoptabat, ut suæ contra Leicestriæ Comitum, qui has nuptias ambiebat, invidiæ satisfaceret, nec non Angliæ Regnum eo illustrius redderet, quo indignius matrimonio dispari illud deprimi timebat: eapropter cum magnifico comitatu Antverpiam pertransiens, per Moguntiam, WORMATIAM, SPIRAM, ULMAM, & AUGUSTAM iter profecutus est, tandemque Viennam delatus ibidem in Cæsaris Aula quinque circiter menses hæsit, ut cuncta obstacula fors occurrentia submoveret.

§. XCV.

Matrimonii consilia ob religionis difficultatem everfa.

Thu. l. 41. Præterea Leicestriæ Comes Suffexiæ Comiti Northium Baronem familiarem suum adjunxit, ut non tam hujus Legationis socius esset, quam sua dexteritate, aut moris studiose quæsitis hujus negotii successum everteret, ardensque illud studium, quo Comes hoc connubium efficere satagebat, in eo extinqueret: nihilominus inter partes nullo negotio convenerat de titulis, prolium successione, aliisque connubii articulis, cum in omnium mente recens adhuc vigeret memoria eorum, quæ in nuptialibus pactis inter Philippum II, &

& Mariam continebantur: major autem Sæcul. XVI.
 difficultas versabatur circa religionis ar- A. C. 1567.
 ticulum: quippe Imperator nomine Ca-
 roli Fratris sui tam pro ipso, quam pro
 suis publicam petebat Ecclesiam, ut
 ibidem Divinum officium ritu Catholi-
 co celebraretur: Angli econtrario con-
 tendebant, quod Reginæ conscientia,
 dignitas, atque salus cum ejusmodi con-
 cessione concordari haud possit: tandem
 quamvis Imperator Fratrem suum Sa-
 cello domestico in suis ædibus erigen-
 do, ad quod nonnisi ejus Aulici, ac Fa-
 muli admitterentur, contentum fore de-
 clararet, nihilominus ne id quidem ob-
 tinere valuit, cum ei responderetur,
 quod tunc, si Carolus cum Elisabetha
 hac super re acturus ipsemet in Angliam
 venire vellet, ipsum minime sui itine-
 ris pœniteret. Ceterum Suffexiæ Co-
 mes honorifice abire a Cæsare jussus Ar-
 chiducem convenit; ad singulos enim
 dies magis perspicuum a Regina respon-
 sum prætolabatur: ast expectatione sua
 frustratus, petita discedendi venia in
 Angliam reversus est, quamvis cetero-
 quin Cæsarem inter, & Elisabetham
 deinceps pristina semper vigeret amici-
 tia, atque ambo mutuis benevolentia
 officiis se invicem prævenire satagerent;
 nam Imperator, quantum in eius viri-
 bus repositum erat, Pontificis conatus,
 ac

Sæcul. XVI. ac Philippi molimina contra hanc Re-
A.C. 1567. ginam usque ad illud tempus diu elu-
 ferat.

§. XCVI.

*Confessionem Augustanam profitendi
 libertas in Possomensi conventu
 expetita.*

Thu. l. 41.
 n. 7.

Interea hæresis, quam illa Lutheri
 contra Ecclesiam rebellio suscitaverat, non modo in magna Germaniæ parte, atque in Belgio, Francia, & Scotia suam rabiem exerebat, sed etiam Provinciæ, quæ nondum per perniciosa illius dogmata erant depravatæ, brevi etiam pestifero hoc veneno inficiebantur: cum enim Maximilianus Imperator Possonium superioris Hungariæ Metropolin ad Danubium sitam delatus ibidem comitia ageret, illius subditi plura ab eo petulantius petebant, atque inter cetera præcipue hæc exponebant. I. Per delegatos tam Hungaros, quam Germanos, ad utramque Danubii ripam mittendos Cæsar de bonis, quæ injuste possessoribus antiquis fuere adempta, cognoscat: II. in grassatores, ac peculatus reos animadvertat: III. vectigalia, ac tributa nova amoveat: IV. liceat ipsis oppida, & urbes a regibus oppigneratas persoluto pretio redimere: V. tales Antistites, atque Epi-

Episcopi in Pannonia ad exequendum Pastorale officium creentur, qui idonei, & ex eadem natione essent. Denique VI. Augustana Confessione illis, qui velent, uti liberum sit, ac propterea nullus hujus sectæ fautor molestetur: porro id ipsum etiam aliis comitiis, & priore, & hoc anno petatum fuit: sed nunquam assensum dedit Maximilianus Imperator, unde hic eadem animi, fideique constantia, qua in prioribus comitiis hanc libertatem execrabatur, nunc quoque huic articulo annuere renuit, moxque die quarta Aprilis Viennam reversus est.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. XCVII.

Angelus Nicolinius Cardinalis mortuus.

Paucos ante Menses Angelus Nicolinius patria Florentinus ex nobilissima, ac pervetusta familia Anno Christi millesimo quingentesimo primo natus hoc anno mortalitatem exiit, cuius Pater nomine Matthæus profunda juris civilis, ac Canonici scientia tantopere inclaruerat, ut Cosmas Medicæus Florentiæ Dux illum secretioris Consilii sui Senatoribus accenseret, eique gravissima Ducatus negotia committeret: Angelus vero non minus digne, quam prospere apud Paulum III.

Ciacon. vit. Pontif. t. 3. p. 598. Amireto hist. fam. florent. Ughel Ital. Sacr. Aubery hist. des Cardin.

Pa-

Sæcul. XVI. Papam, & Carolum V. Cæsarem Legatum agebat, ubi Margaritæ, quæ ejusdem Imperatoris Filia erat, jura tuebatur, tam secundo legationis successu, ut, quidquid desiderabat, a Cæsare impetraret: porro inde redux, Senensis Gubernator nominabatur, tum quidem matrimonio junctus, ubi tamen uxore sua orbatus erat, relictis sæculi pompis sacram militiam profitebatur, ac primo ad Caroli Borromæi commendationem die decima quarta Julii Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Pisanus Archiepiscopus, anno autem sequenti, licet absens a Pio IV. ad Florentiæ Ducis preces Cardinalis Presbyter titulo Sancti Callisti renunciatus est. Postea Romam contendens ad Sacrum Purpuratorum Collegium unacum Ferdinando Mediciæ itidem Cardinale in quodam Patrum Senatu die decima octava Maji habito solemniter recipiebatur, haud diu tamen sua dignitate potitus, cum die vigesima secunda Augusti hoc anno, ætatis autem suæ sexagesimo sexto subitanea morte vivis eriperetur. Corpus ejus Florentiam delatum ibidem in Ecclesia ad Sanctam Crucem terræ mandatum est, ubi hodie ejus monumentum jussu Joannis Filii sui erectum visitur unacum inscriptione sepulcrâli,

in

in qua ejus dotes, munia, mortis suæ Sæcul. XVI.
A.C. 1567.
annus, ac ætas describuntur. Interfuit
Angelus sacris comitiis, in quibus
Pius V. Papa ad Divi Petri Cathedram
evehebatur.

§. XCVIII.

*Joannis Langi, Robertelli, aliorum-
que obitus.*

Inter Ecclesiasticos hoc anno defunctos Thuan. l. 41.
Gesner.
Bibl. Melch.
Adam in
vita Juris-
con. Germ.
primo loco recensetur Joannes Lang,
feu Langus Freystadii Teschinensis Du-
catus urbe in Silesia natus, ubi etiam
die vigesima sexta Augusti anno ætatis
suæ circiter sexagesimo quinto obiit, post-
quam variis in locis humaniores lite-
ras, ac jurisprudentiam cum tanto ap-
plausu tradiderat, ut in Wratislavi-
ensis Episcopatus Cancellarium, perpe-
tuumque Ferdinandi I. Cæsaris Consi-
liarium seligeretur, a quo etiam variis
maximi momenti negotiis præfectus ea
feliciter gerebat: insuper celebre red-
debat ejus nomen Historiæ Ecclesiasticæ
a Nicephoro conscriptæ versio, quam
Langus jussu Ferdinandi Cæsaris ador-
nabat, unico illo, quod tum in Europa
erat, usus exemplari: suum vero opus
in octodecim libros partitus breves ad-
notationes adjunxit, & primo Basileen-
sibus literis anno Christi millesimo quin-
gentesimo quinquagesimo secundo apud
Hist. Eccles. Tom. XLVIII. M Opo-

Sæcul. XVI. Oporinos Typographos excudi curavit: **A.C. 1567.** insuper etiam quosdam sancti Gregorii Nazianzeni, & S. Justini Martyris Tractatus transtulit, diversaque composuit poemata.

Pariter hoc anno die decima octava Martii Franciscus Robertellus Uninensis annos quinquaginta, & unum natus extremam diem clausit, postquam Bononiæ, ac Patavii Theologiam tradiderat cum tanta nominis sui fama, ut existimationi de eo conceptæ plene satisfaceret: acres tamen similitates cum Carolo Sigonio habebat, ac semper in suis disputationibus nimiam animi vehementiam prodebat: nihilominus dextre sibi conciliabat favorem Germanorum, qui illum etiam post obitum amplis honoribus cumulabant.

§. XCIX.

Jacobi Spifamii Nivernensis Episcopi, & postea Protestantis Historia.

Spon. hist. de Geneve dern. edit. 1730. n. 2. l. 3. p. 112. Le Labour. addit aux mem. de Castell. t. 2. p.

Priori adhuc anno Genevensis Senatus severitatis suæ specimen ediderat, dum Jacobum Paulum Spifamium extremo supplicio affecerat. Hic, cum adhuc juvenis esset, magni momenti negotiis tam in causis Ecclesiasticis, quam civilibus præpositus primo Parisiensis Curiaæ Senator, ac postea in In-

quisi-

quisitionum tribunali Præses, necnon ^{Sæcul. XVI.} libellorum supplicum Magister, ac de- ^{A. C. 1567.} nique secretioris Senatus Consiliarius nominabatur. Omnibus hisce muneribus auctus tantam ingenii aciem, atque eruditionis ubertatem præseferabat, ut sacræ militiæ adscriptus nullam percurreret dignitatem, quæ meritum famam, quam sibi comparaverat, superaret: igitur ex Canonico Parisiensi, atque Universitatis Cancellario apud Senones Abbas sancti Pauli, necnon generalis Lotharingii Cardinalis Rhemenfis Archiepiscopi Vicarius creabatur, qua dignitate insignitus ab Henrico II. Rege ad Nivernensem Episcopatum nominatus est, cujus Ecclesiæ possessionem Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo octavo accepit. Hæc munia obibat Spifamius usque ad annum Incarnationis Dominicæ millesimum quingentesimum quinquagesimum nonum, quo Parisiensis Senatus de perversis hujus Viri moribus, ac perniciosis ejusdem doctrinis edoctus illum comprehendere jussit.

§. C.

Spifamius Genevam cum adultera profugus, eique incestis nuptiis junctus.

M 2

Præ-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Præcipua suæ a vera fide defectionis
caussa exstiterat nefandum carnis
commercium, quo sese polluebat cum
Catharina Gasperna, quæ Parisiensis ca-
stellanæ Curiaë Procuratori, nomine
Stephano Greslio erat matrimonio jun-
cta: porro hic idem Procurator obie-
rat anno Domini millesimo quingente-
simo trigesimo nono: Spifamius vero hu-
jus viduæ societate abutebatur, per-
inde acsi ejusdem Maritus existeret,
unde etiam ex sacrilego hoc commer-
cio filium nomine Andream, qui ta-
men hujus Procuratoris Filius a vulgo
reputabatur, necnon filiam nomine An-
nam suscepit, quæ nonnisi post Stephani
Greslii obitum primam lucem aspexer-
at: igitur Spifamius nonnisi anno post
Christum natum millesimo quingente-
simo quinquagesimo nono Franciam,
suumque Episcopatum reliquit, unacum
pellice sua Genevam secessurus, ubi
etiam adventans hæreticorum ritu ean-
dem hanc foeminam connubio sibi co-
pulabat, id permittente Senatu tam
Ecclesiastico, quam profano: insuper
sese Passium nominari voluit, eo quod
ex hujus nominis progenie ortum du-
xisset: ex nobili enim prosapia descen-
dens origine Lucensis erat; postea au-
tem ejus familia Parisiis domicilium
figebat anno Salvatoris nostri millesimo

tre-

trecentesimo quinquagesimo, dum Bartholomæus Spifamius vivebat, ex quo omnes hujus nominis posterii, necnon Bisseonii, Grangii, & Passii ortum ducebant. Jacobus Spifamius, cujus nunc meminimus, Patrem habebat Spifamium Passium, qui Regi ab epistolis insuper pro belli sumptibus ærarii Præfectus præter morem nominatus erat, ejus autem Mater fuerat Jacobetta Ruzza, quæ Jacobum ex quinque Filiis postremum progenuit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. CI.

Insulsa hujus Apostatæ consilia.

Postmodum Spifamius Genevæ una cum sua familia honeste vivebat, nam ibi, eo quod secum multas divitias attulisset, se tanquam Nobilem gerebat, amplasque eleemosynas elargiebatur, qua liberalitate multos sibi conciliabat amicos, ac Senatorum, qui in variis negotiis ejus consilia exquirebant, confidentiam sibi attrahebat: moram autem, quam Genevæ trahebat, frequenter diversis interrompebat itineribus, quæ suscipere cogebatur, præcipue in Germaniam, quo eum Condæus ablegabat, ut belli ab hoc Principe contra Regem suum suscepti æquitatem vendicaret: ibidem Spifamius quatuor divulgabat literas a Catharina Medicæa Regi-

Spon. t. 2.
l. 3. p. 115.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

na ad hunc Principem datas, quibus eidem Regni salutem, ac Regis Filii sui emolumenta commendabat: cum autem Spifamius præter ceteras animi sui dotes, præcipua polleret dexteritate in regendis ærarii publici negotiis, hinc Joanna Albreta Antonii Borbonii Vidua, Navarræ Regina, atque Henrici IV. Franciæ Regis Mater eundem ad se accersebat, ut publica illius negotia suis obsequiis promoveret: eapropter ineunte anno a Christi nativitate millesimo quingentesimo sexagesimo quarto annuente Magistratu, & Senatu Ecclesiastico Geneva excessit: verum Albreta Regina turbido hujus Viri ingenio offensa paulopost eundem valere iussit, quinimo adversus eum acres dedit literas ad Theodorum Bezam: ceterum cum Spifamius privatam vitam agere haud assuetus esset, præsentis conditionis suæ pertæsus cum Gallis in gratiam redire statuit, insulsa spe lactatus, quod ibidem supremus regii ærarii Præfectus nominandus esset: ast eo tempore futuræ rerum vicissitudines ejusdem consiliis obstabant, quippe Joannes Spifamius ejusdem Nepos adversus Catharinam Gaspernam, ejusque proles, Andream, atque Annam litem intentabat, postulans a Parisiensi Senatu, ut hæc foemina tanquam Patru sui concubina,
ejus

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

ejus vero proles veluti spurix foboles, utpote ex incæstis nuptiis procreatæ declararentur, proin ipse Joannes post Patru sui obitum illius hæreditatem obtinere valeret. Jacobus Spifamius ut hujus litis rationes eluderet, falsas conubii sui cum Catharina Gasparena contracti tabulas conscribebat, illisque diem secundam Augusti Anni post Christum natum millesimi quingentesimi trigesimali apponebat: verum eadem fraus, quam ad suæ causæ defensionem sibi deservire crediderat, postmodum eidem maximo fuit nocumento, ignoratur tamen, quis demum exitus fuerit litis a suo Nepote in eum intentatæ.

Interim vana sua consilia adhuc altius urgebat Spifamius; statuerat enim Tulensem Episcopatum in Lotharingia a Galliarum Rege postulare, non ex eo fine, ut Episcopum Catholico-Romanum ibidem ageret, sed adulterinam Reformationis sectam inveheret, ac Ministriorum caput eligeretur: insuper etiam profanum hujus Episcopatus Dominum, ac jurisdictionem sibi tradi petebat, quam in rem Mense Februario Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto ad Colinium Maris Præfectum literas dabat: verum hac ipsa agendi ratione Protestantium indignationem sibi accersebat, credebatur

Sæcul XVI
A.C. 1567.

tur enim rursus ad Ecclesiæ Catholicæ, quam abjecerat, finem reversurus: ea propter consultum fore censebatur, ut captivus detineretur: mox igitur comprehensus, cunctisque ejus scriptis sedulo excussis confictæ conjugii tabulæ, quarum supra meminimus, reperiabantur, quæ desperatæ ejus causæ affererant momentum maxime noxium; quippe ejus concubina Gasparena ipsamet hujus scripti falsitatem agnoscebat, ac coram Spisamio confictum esse hoc testimonium testabatur, unde & ipse rei veritatem fateri compellebatur: itaque tanquam adulterii reus damnatur, & quin inconstantia, ac perfidia ipsi imputatæ mentio fieret, intra tridui spatium judicii acta in eum fuerunt instructa.

§. CII.

Crimina sua fassus, ac Judicium suorum clementiam implorans.

Spon. p. 118. Cum Spisamius se condemnari cerneret, summa animi demissione judicium clementiam implorabat, supplicans, ut ponderare velint, quod adulterii crimen, cujus reus esset, peccatum foret jam ante triginta ferme annos eo tempore perpetratum, quæ non modo Parisiis, atque in Galliis, ubi tum morabatur, sed etiam Genevæ morum

rum perversitas vel maxime invaluisse, ^{Sæcul. XVI.}
 ipse vero passim dici inaudiisset, quod ^{A.C 1567.}
 elapso decennio post commissum ejus-
 modi delictum nulla amplius inquisitio
 fieret: insuper assererat, quod ad ex-
 piandum hoc scelus Genevam unacum
 sua conjuge venisset, ut ibidem pæni-
 tentiam ageret, ac libere purum Dei
 Verbum sequeretur, ubi vitam ab omni
 reprehensione immunem traxisset: de
 cetero autem ad confingendas ejusmodi
 tabulas ex paterno affectu se impulsus
 dicebat, præcipue ut præpediret, ne
 post ipsius obitum ejus Filius Reform-
 atæ Religionis addictus Genevensis ci-
 vitatis privilegio spoliaretur, aut alii
 quamplurimi Filii pariter cives hæredi-
 tatis jure privarentur, quod, si secus
 fecisset, ad suum Nepotem transisset,
 qui tamen Religionem Catholicam pro-
 fiteretur. His tandem addidit, quod
 falsas hæc tabulas nunquam produxe-
 rit, nec illis unquam uti voluerit, imo
 libenter consentiat, ut deleantur, ac
 dilacerentur.

Spifamius priusquam falsas hujus
 connubii tabulas confarcinabat, aliud
 confictum ejusmodi monumentum Cal-
 vino, necnon Genevensi Consistorio Ge-
 nevam veniens porrigebat, unde ob
 hujus falsi testimonii fidem ejus matri-
 monium confirmabatur, ratumque ha-
 beba-

Sæcul XVI
A.C 1577

bebatur: hinc gemina hac fraude Magilstratus vehementer offensus præcipue illas tabulas, propter quas ipius conjugium fuerat approbatum, execrabatur: unde absolutis quæstionibus eidem propositis, Prætor, ac Procurator Generalis iudicii acta urgebant, tandem decernentes, quod Spifamius singulari pœna ad aliorum terrorem castigaretur: pronuntiato igitur hoc iudicio Senatus eum condemnabat, ut capite plecteretur, quæ etiam sententia in Molardino foro die vigesima tertia Martii Anno a partu Virgiiis millesimo quingentesimo sexagesimo sexto executioni data est.

Ceterum haud comprobatum extat, quod Spifamius sub Petri Richerii nomine librum contra Villegagnonium Equitem ediderit, prout tamen a nonnullis insimulabatur; hujus enim operis genuinus author idem ipse est, cuius nomen liber præsefert. Referunt quoque alii, quod Spifamius, cum adhuc esset Episcopus, Tridentino Concilio interfuerit, postea autem Biturigibus, atque Exodani Ministrum egerit; interim id omnino compertum habetur, quod Spifamius ad Francofordiensi comitia, ubi Cæsarem oratione solenni exceperat, profectus apud Bituriges in quadam domo, ubi Calvinistæ Cœnam celebrabant, ineunte anno Do-

mini

mini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo ritu solemni pro hæreticorum more rem Divinam fecerit, atque quinquaginta equitum agmine stipatus Exoduno ad hunc locum profectus sit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. CIII.

Paçta inter Sabaudia Duce, & Bernensis Pagi incolas.

Jam a longo tempore Emanuel Philibertus Sabaudia Dux Bernensis Pagi incolas. ut ditiones eidem ablatas restituerent, urgebat, nunc vero Cæsaris auctoritate adjutus rem eo deduxit, ut hi Gesia, Gaillardi, & Ternii Præfecturas Duci unacum Cabelliacensi Ducatu cederent, ea tamen lege, ut ipsi in eodem statu, prout antea fuerant, relinquerentur, necnon solam Protestantium sectam libere profiteri possent: verum hæc paçta Lausanæ Mense Octobri Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto conclusa nonnisi Mense Augusto hoc anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo effectui fuere data, postquam copix ductore Albano Duce per Sabaudiam in Belgium transierant.

§. CIV.

Sæcul. XVI.

§. CIV.

A.C 1567.

*Existimatorum Reformatorum, &
Pinczoviensium Synodus Sere-
niæ celebrata.*

*Lubienski
hist Ref.
Eccl. Pol.
Sandius
Bibl. Anti-
trin. p. 48.*

Interea diffidia Pinczovienses inter, & spurios reformatos semper continuabantur, ac disputationes ultro, citroque non sine ingenti vehementia fervebant: insuper præter Conciliabulum Lublini anno priori celebratum, rursus aliud Seriniæ exiguo minoris Poloniæ oppido ad diem vigesimam quartam Junii anni supra millesimum quingentesimi sexagesimi septimi indicebatur, ubi convenerant centum, ac decem Viri tam generis nobilitate, quam munerum dignitate conspicui, præter innumeram utriusque sexus multitudinem, quam ex plebæis vel rei novitas, vel alia negotia illuc attraxerant. Huic Synodo rursus Philippovius præerat, incassum ringentibus quibusdam Sacramentariis, qui hujus Præsidis fidem sibi suspectam habebant: acta autem hujus Conciliabuli conscribere jubebantur Criscovius, & Swzechovius nomine Casanovii, & Farnovii, aliorumque, qui una omnes, quod Verbum, seu Dei Filius ante Mariam extiterit, ac Cæli, terræque Creator æque, ac Pater fuerit, propugnabant, ac proin veri erant Ariani, atque hujus hære-

hæresiarchæ errores defendere nite-
bantur, eo quod Verbum ab æterno fuisse,
minime adderent. Ex adverso Coscia-
nus, & Budzinius nominabantur a se-
cretis pro parte Schomanni, Grego-
rii Pauli, Sexurini, Albini, & Cali-
novii, qui asserebant, quod Filius, Ver-
bum Patris interpres, seu Jesus ante
mundi originem non exstiterit, nec esse
cœperit nili sancti Joannis Baptistæ æ-
tate, ac Cæsaris Augusti tempore: ad-
hærebant enim Lælii Socini opinioni,
qui tradebat, quod Christus Dominus
non fuerit, usque dum Maria eum con-
cepit. Porro diu utrinque disceptatum,
postquam vero quilibet allegatos sacræ
Scripturæ textus pro proprio suo genio
explicaverat, eosque ad suæ causæ de-
fensionem detorserat, discessum est, cum
minori tamen tumultuantium strepitu,
ac in prioribus conventiculis factum.

Sæcul XVI.
A.C. 1567.

§. CV.

*Autonomia Philippovii suasu in Polo-
niæ Ecclesiis stabilita.*

Farnovius inter suos magni nominis
Vir, cum cedere haud assuetus esset,
adversus eos, qui Jesum Christum ante
Matrem suam exstitisse negabant, acri-
ter calamum suum stringere aggredie-
batur, unde in sectariorum Ecclesiis
novæ oriebantur dissensiones, ex iis
vero

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

vero conflagratur quarta adhuc factio illorum, qui vulgo *Farnoviani*, vel *Biancuriani* appellabantur, ut a Catholicis, Evangelicis, & Calvinisticis discernerentur. Tandem, ut pax redderetur, cunctaque absque strepitu absolverentur, totum hoc negotium, argumenta, & responsa Stanislao Cichovio Cracoviensi Archi-Camerario committentur, rebusque ita dispositis Synodo finis imponebatur, ubi Philippovius utrique parti proponebat sequens consilium, vi cuius dogmati circa Sanctissimam Trinitatem communiter recepto insistendum, ac mutua charitate invicem agendum suadebat, et tamen lege, ut cuilibet circa suam opinionem, absque tamen livore contra eos, qui adversam defendunt sententiam, scribere integrum maneat, omnisque precibus, ac sermonibus, qui in Reformatorem Ecclesiis habentur, interesse possint, dummodo cuncta usque ac sacri Codicis sensui magis legitime consona sint: de cetero autem eos, qui aliter oraverint, vel prædixerint, ad conscientiae tribunal remittendos suadebat. Idem quoque Philippovius circa parvulorum Baptismum decidebat, monens, ut unicuique id, quod melius sibi visum fuerit, credendi libertas concederetur, interea vero extremus iudicium

dicium dies expectaretur, in quo manifestum fiet, quis eorum omnium veritatem attigerit. Hæc fuit autonomia in eadem hac Reformatione per synodicam auctoritatem stabilita.

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

§. CVI.

Ex hac ipsa indulgentia plures adhuc dissensiones exortæ.

Hac ratione Præses Synodum absol-
vebat, ubi quilibet, sicuti facile
perspicitur, causam suam obtinebat,
atque in suis opinionibus firmabatur:
verum non omnibus placuit hæc ipsa
decisio, quæ magis Pyrrhonismum, ac
credendi licentiam sapiebat, atque ho-
minis potius effæminati, atque ad com-
placendum compositi, quam Viri pru-
dentis, & Christiani digna erat. Far-
novius quoque Vir ad quævis molienda
proclivis tantopere sese huic libertati
opponere, animosque tam dextre con-
citabat, ut Pinczovienses Ecclesiæ in
tot factiones, atque sententias scinde-
rentur, ut tum triginta duæ omnino se-
ctæ in suis opinionibus diversæ numera-
rentur, licet omnes in hoc articulo con-
venirent, quod Christus Dominus non
sit verus, ac magnus ille Deus.

Huic sententiarum varietati accessse-
re insuper bella, quibus hi Novatores
sese mutuo petebant, ac vicissim ab e-
menti-

Sæcul. XVI
A. C. 1567.

mentitis Reformatis obruebantur: unde jure merito eorum Religio omnium ludibrio exponebatur, ipsisque exprobatum, quod eorum coetus non sit vera Dei Ecclesia, eoquod circa præcipua fidei capita inter eos tantæ dissensiones vigerent: cum ergo ipsimet hanc objurgationem omnino veram sentirent, remedium opposituri, novam Synodum ad annum sequentem Cracoviæ celebrandam indicere statuerunt.

§. CVII.

*Sacra Biblia per Renatum Benoit
versa*

*Argentre
Collect. judic.
de novis error. t. 1.
in append.
p. 83. &
t. 2. p. 392.*

ANNO priori Salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Renatus Benoit, seu Benedictus Andegavensis, qui Parisinæ Facultatis Doctor, ac primo Parochus ad S. Petrum ab Arcubus, postea sancti Eustachii Paroeciæ præerat, sacræ Scripturæ versionem typis edi curabat, quæ in pluribus locis Genevensi haud absimilis erat, imo non raro in ipsis etiam, ut vocant, summariis, notisque marginalibus maximam habebat cum illa affinitatem, unde hæc ipsa Bibliorum confessio Authori suo ingens facefiebat negotium; quippe Doctorum nonnulli inde commoti, Renatum Benedictum hæresi infectum suspicabantur, atque hanc

hanc versionem ad Facultatem deferebant, a qua etiam nominabantur Deputati, qui hæc Biblia discuterent, ac postea, quid desuper sentirent, Facultati referrent.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

§. CVIII.

Theologicæ Facultatis Parisinæ Conventus pro examinanda Renati versione.

Hanc in rem plures Conventus Mensibus Aprili, & Majo, necnon in sequentibus habebantur, & quidem in eo, qui die septima Aprilis fuit celebratus, examinabatur Regis Privilegium, quo fretus Renatus hunc librum publici juris fecerat. In diebus sequentibus usque ad vigesimam octavam ejusdem Mensis Deputati decreverunt, convocandos esse illos Doctores, qui haud consulta Facultate hoc opus approbarent: die ergo trigesima Aprilis res effectui data, unde Facultas, peracto solemnium sacro de Spiritu sancto, congregata discutebat quasdam propositiones in hisce Bibliis contentas: postea accersebat illos duodecim Doctores, qui de sua approbatione rationem reddere jubebantur. Demum integri Menses Majus, & Junius usque ad decimam quartam Julii diem huic examini dicebantur, die autem decima quinta refe-

Hist. Ecclesiast. Tom. XLVIII. N ren-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

rentibus Deputatis Facultas hanc versionem esse supprimendam censuit; unde eadem die adesse iussit Sebastianum Nivellam, Gabrielem Bonum, & Nicolaum Chesnau, seu Quercium Typographos, quibus suppressa esse hæc Biblia significabat. His peractis undecima Augusti die Rhenus Benedictus vocatus coram Deputatis comparuit, ubi admonitus fuit, ut Facultatis sententiæ aquiesceret. Post hæc rursus quinta, undecima, ac decima septima Septembris die congregati Deputati eundem Benedictum advocabant, qui se Facultati obtemperaturum nunc promittebat, nunc recusabat, adeo, ut hoc negotium usque ad annum Domini millesimum quingentesimum septuagesimum secundum protraheretur, quo Benedictus haud amplius comparuit: cum ergo Facultas cerneret, quod Typographi spreto illius interdicto hanc versionem audacter divulgarent, Regnumque bellis civilibus, ob quæ jurisdictionis executio erat suspensa, undique agitatum esset, ideo huic causæ superlegendum censuit usque ad annum Salutis nostræ millesimum quingentesimum octogesimum quartum, quo Rhenus Benedictus propositæ submissioni subscripserat, quamvis hæc ipsa revocatio minus sufficere crederetur, eoquod

verbis

verbis ambiguis esset concepta. Demum ^{Sæcul. XVI.} Renatus cum inter ceteros Doctores ^{A.C. 1567.} senio emeretur, ac Decani officium in Facultate obire desideraret, anno post Christum natum millesimo quingentesimo nonagesimo octavo sententiæ, qua ejus liber proscribatur, aquievit.

§. CIX.

Propositionum ex his Bibliis decerptarum censura.

Interea Facultas ad Pium V. summum ^{Argentre} Pontificem transmiserat Catalogum ^{pag. 395.} errorum, quos in præfata Bibliorum versione a Renato Benedicto concinnata deprehenderat: insuper rationes, quibus permota eam damnabat, eidem Papæ exposuit: porro huc nonnisi hujus censuræ summam referimus.

I. In hæc verba capitis 4. Genesis: Dixitque Cain ad Dominum: major est iniquitas mea, quam ut veniam promereri possem, inquit Facultas: hæc *translatio propositionis versionis communis, scilicet major est iniquitas mea, quam ut veniam merear, est perversa, & propositio, ut jacet, est erronea, hæretica, & blasphema, & sumpta ex Genevensibus Bibliis.*

II. Ad hæc verba cap. 5. Genesis *ambulavitque cum Deo & non apparuit: quia tulit eum Dominus,* Renatus hanc adnotationem

Sæc. XVI.
A.C. 1567.

tationem subjecit: *curiositas est indagare, quomodo hoc factum fuerit, & in quo loco Henoch sit.* Hanc notam Facultas sequenti censura perstringit: *Timere notat curiositate veteres Catholicos Doctores, qui diligenter, & exacte de ea inquiserunt.*

III. Ad illa verba cap. 6. Gen. *Vir justus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit: Renatus addidit: justus erat per imputationem ob fidem, quæ erat in illo, prout dictum est de Abrahamo cap. 15. n. 6.* Facultatis censura est sequens: *Hæc adnotatio est valde diminuta, & ex modo loquendi conspirans cum modernis hæreticis, & contra determinationem Concilii Tridentini de imputatione justitiæ.*

IV. Sequitur hæc annotatio in c. 19. Exodi: *His ostenditur efficacia legis, quæ in nobis timorem, tremorem, & desperationem progenerat.* Facultas hanc censuram subjungit: *Hæc adnotatio est falsa, & contra sacram Scripturam, & ex Bibliis Genevensibus extracta.*

V. Hæc annotatio in cap. 2. Levitic. *Hic significatur Christus Dominus, verus panis vitæ, unctus plenitudine gratiæ, qui solus est Doctus acceptus suo Patri, sequenti censura notatur: Hujus annotationis ultima pars exclusiva, sic indistincte prolata, est falsa.*

VI. Ad

VI. Ad hæc verba cap. 9. Levitic. **Sæcul. XVI.**
 Moyses dixit ad Aaron: accede ad altare,
A.C. 1567.
 & pro peccato tuo offer holocaustum, &

deprecare pro te, & pro populo, cumque
 mactaveris hostiam populi, ora pro eo, sicut
 præcepit Dominus: Renati annotatio e-
 rat hæc: In hoc loco populus edocetur,
 quod Aaron non sit ille, propter quem,
 vel propter cujus sacrificia Deus debeat
 esse propitiatio, prout declaratur in epi-
 stola ad Hebræos cap. 5. & 7. contra
 hanc annotationem Facultas ita disse-
 rit: Hæc annotatio sumpta ex Bibliis Ge-
 nevensibus litera D. favere videtur hæreti-
 cis negantibus efficaciam Sacrificii propitia-
 torii, præsertim cum citet loca Epistolæ ad
 Hebræos, quibus abutuntur moderni hære-
 tici ad excludendum Sacrificium Missæ.

VII. In cap. 10. Levit: Renatus hæc
 notat: sicut Deus omne Sacrificium ei ob-
 latum præter ejus Verbum respuit &c.
 Facultatis censura desuper est hæc:
 Ista annotatio sumpta est ex Bibliis Ge-
 nevensibus, quæ sic indistincte prolata, est
 suspecta de hæresi dicentium, nihil esse re-
 cipiendum, nisi quod expresso Dei verbo
 continetur, & excludentium cæremonias.

VIII. In cap. 10. Levit. hæc legitur
 annotatio: Prohibet eis, ne ob quamcun-
 que causam ab officii sui executione recedant,
 etsi hoc esset propter exequias cuidam oc-
 ciso persolvendas. Censura Facultatis
 ita

Sæcul XVI. ita sonat: *Hæc annotatio sumpta ex Bibliis Genevensibus non respondet textui, videturque retrahere Christi fideles, & præsertim simplices ab obsequiis defunctorum.*

A C. 1567.

IX. Annotatio Renati in cap. 12. Levit. est hæc: *Ritus iste inducit hominem ad considerandam enormitatem peccati, quod conceptionem maculat. Censura. Hæc annotatio est deprompta ex Bibliis Genevensibus ad formulam, de qua, quia valde obscura, interrogetur.*

X. Notat in caput 13. Levit: *Leprosus & macula peccati, cujus iudicium pertinet ad solum Sacerdotem Christum Dominum, repræsentatur per Aaronem Censura. Hæc annotatio excerpta ex Bibliis Genevensibus est hæretica, quæ, ut jacet, eximit potestatem clavium.*

XI. In cap. 15. Levit. hæc annotatio: *Hi, qui cum immundis communicant, absque macula esse nequeunt. Censura. Hæc annotatio desumpta ex Bibliis Genevensibus ex ipsa forma, & sumpta sic universaliter prolata, est falsa, & erronea, nec est textui conformis.*

XII. Ad cap. 21. Levit. v. 10. caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet; ita observat Renatus, scilicet, ut propter mortuos luctus ostendatur, & ad v. 12. nec egredietur de sanctis, ne polluat Sanctuarium Domini, hanc annotationem

nota-

notationem subjungit, scilicet, ut mortuorum luctui intersit. Censura: *Istæ duæ annotationes de verbo ad verbum extractæ ex Genevensibus Bibliis, sunt scandalosæ, utpote quæ videntur retrahere simpliciter a plandtu, qui pro honesta consuetudine Christianorum impendi solet in obsequiis defunctorum.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

XIII. Annotatio in cap. 4. Numerorum est sequens: *vult dicere, quod Moyses hac in re nihil fecerit absque Dei verbo.* Censura: *Hæc annotatio non respondet textui, quo affirmatur, Moysen fecisse mandato Dei, quod fecit.*

XIV. In caput 6. Numerorum hæc habet Renatus: *idem præcipiebatur summo Sacerdoti, nempe, ut propter mortuos plandum non edat, in quo significatur exacta cura, quæ in rebus divinis habenda est.* Censura: *Hæc annotatio est formula desumpta ex Bibliis Genevensibus conformis superiori, ideo fiat recursus ad prædictam annotationem, & censuram.*

XV. In caput 4. Deuteronomii legitur annotatio sequens: *id dicitur, ut ostendatur, quod Deus in solo verbo requirendus sit, in quo se manifestavit, talemque declaravit, prout expedit ad nostram salutem, ut eum cognoscamus.* Censura Facultatis est hæc: *Hæc annotatio conspirat cum hodiernis hæreticis, qui sola*

Sæcul. XVI *verbo scripto innitendum dicunt, & est*
 A. C. 1567. *hæretica.*

XVI. Ad caput 7. Josue sequens habetur nota: *Hoc exemplum puniendi filios propter iniquitatem Parentum non est imitandum, saltem nisi id Deus expresse præcipiat, prout hic factum: ipse enim solus corda noscit, & secreta peccata.* Censura: *Hæc annotatio extracta est ex Bibliis Genevensibus ex formula litera N. quæ erronea est, & sacris Scripturis, & legibus humanis contraria.*

XVII. Nota in cap. 8. Josue est sequens: *hic consideremus, quod subtilitas, ac prudentia, qua Josue utebatur, non ei procuravit victoriam, sed Dominus, cujus verbum sequebatur.* Censura: *Hæc annotatio plane eruta est ex Bibliis Genevensibus, quæ videtur tollere meritum operum nostrorum.*

XVIII. In caput 8. Josue Renuus hæc observat: *est Altare de lapidibus non hominum manu factum: in quo significatur, quod Deus non voluerit, ut homines quidquam ad suum obsequium, & cultum, quem ipse exquirat, & sibi juxta verbum suum & non aliter fieri postulat, addant.* Censura: *hæc annotatio hucusque non audita, sumpta est ex Bibliis Genevensibus, quæ falsa, & injuriosa est sacris Doctoribus, & Conciliis Universalibus, ut ante commemoratum est.*

XIX.

XIX. Ad lib. 2. Regum cap. 12. ad-Sæcul. XVI, A. C. 1567.

ducit Benedictus: *In quo demonstrat Deus incomprehensibilem suam sapientiam, quando ex malo elicit bonum, ex parte sua permanens purus, & integer: malitia autem, quæ in opere reperitur, penitus residet in instrumento, quod ex natura sua malum est. Censura: hic discursus sumptus est ex Bibliis Genevensibus, qui non modo injurius est naturis rerum & Deo creatarum, sed etiam authori earum.*

XX. Ad lib. 2. Reg. cap. 2. hæc asserit. *Vult Deus, ut ille, qui propter homicidium aufugit, duntaxat ad tempus rejiciatur. Censura: Hæc annotatio eruta est ex Genevensibus Bibliis, quæ videtur contra Scripturam homicidii pœnam temporalem constituere.*

XXI. Ad librum 2. Reg. cap. 17. sequens animadversio habetur: *Dei prudentia se extendit usque ad hominum corda, quando, & ubi ei placet. Censura: hæc annotatio videtur cum Bibliis Genevensibus conspirans, & contra liberum arbitrium, & repugnat legibus.*

XXII. Incap. 22. lib. 1. Paralipomenon hæc adnotantur: *sic Deo servitur juxta ejus statuta, & mandata: id enim est præcipuum, & sine eo ædificatio Templi, omnesque ritus, qui ibidem observantur, ad nihilum deserviunt, imo per illos Deus magis irritatur. Censura:*

N 5

hæc

Sæcul. XVI hæc annotatio sic excerpta ad verbum ex
A.C. 1567. Genevensibus Bibliis, derogat ceremoniis
 Ecclesie Catholice, & retrahit a devo-
 tione fideles.

XXIII. Ad ipsum librum Job hæc
 observat: in hac Historia est annotan-
 dum, quod Jobus bonam causam pro-
 pugnet, sed eam male diducat: ex ad-
 verso autem ejus adversarii iniquam causam
 defendant, sed bene diducant. Cen-
 sura: hæc duæ propositiones ex Gene-
 vensibus Bibliis sunt falsæ, erroneæ,
 & hæreticæ.

XXIV. In Psalmum 49. annotat: hæc
 est Anima Sacrificiorum, & cæremoni-
 arum legis; nam sine eo omnia Sacrificia,
 omnesque ritus sunt Deo abominabiles.
 Censura: hæc annotatio sumpta est de verbo
 ad verbum ex Genevensibus Bibliis, quæ
 sic in universum prolata damnat oratio-
 nes vocales cum exterioribus cæremoniis
 factas sine charitate habituali.

XXV. Ex eodem Psalmo observat;
 intelligit vota gratiarum actionis &c.
 Censura: hæc annotatio desumpta est ex
 Bibliis Genevensibus, quæ conspirat cum
 modernis hæreticis negantibus vota.

XXVI. Ad Psalmum 50. v. 11. dicit
 David per hoc verbum crea ostendit, quod
 hominis generatio sit nova creatio, in quo
 docet &c. Censura: hæc annotatio ex
 sermo

sermone ipso extracta est de Genevensibus Bibliis, cujus ultima pars est falsa.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

XXVII. Ad caput 38, Ecclesiastici: ait: *Fac cessare mortui memoriam in sua quiete.* Censura: hæc propositio ex Bibliis Genevensibus Lugduni impressis excerpta, præcipiens, ne Christi fideles memoriam habeant defunctorum, est erronea, & hæretica, nec sententiam textus exprimit, sed adulterat, & depravat.

XXVIII. Nota in caput 5. Isaïæ est sequens: *cultura Vineæ Domini est doctrina Verbi Dei.* Censura: hæc annotatio ex Bibliis Genevensibus deprompta, quæ sic omnia refert ad verbum, conspirat cum præsentibus hæreticis.

XXIX. In caput 10. Exodi hæc legitur annotatio. *In hoc loco videmus, quod sine Deo ductore, ejusque ope nihil ab ulla creatura fieri possit, & quod creaturæ in ipsarum operibus nil sint, quam Instrumentum operum Dei.* Censura: totum hoc sumptum ex Bibliis Genevensibus, quo irrogatur macula libertati eorum, qui cooperantur Deo.

XXX. Observat in cap. 34. Ezechielis, quod bona pascua sint doctrinæ Dei per ora Prophetarum, quos ipse nobis submisit. Censura: hæc annotatio desumpta est ex Genevensibus Bibliis litera M. quæ quia totum tribuit Doctrinæ, quod moribus, & vitæ exemplo convenit, falsa est.

De

Sæcul. XVI. De cetero hujus censuræ successus
 A.C. 1567. in posterioribus annis recensetur.

§. CX.

*Cleri Gallicani comitia ob varia
 negotia.*

*Recueil ge-
 neral des
 affair. du
 Clerge de
 France t. 2.
 p. 1. p. 14.*

Hoc item anno Christi millesimo quin-
 gentesimo sexagesimo septimo Men-
 se septembri Clerus Gallicanus per suos
 Deputatos comitia celebrabat, quibus
 Nicolaus Pelleveus Senonensis Archi-
 episcopus, Guilielmus Viola Episcopus
 Parisiensis, Carolus Guillardus Carno-
 tensis Antistes, alique unacum suis
 Syndicis, ac duobus secundi Ordinis
 Deputatis ex qualibet Provincia inter-
 erant, ubi præprimis Archiepiscopus
 Senonensis in prima Sessione die vige-
 sima quinta Septembris palam profiteba-
 tur, quod hic *Conventus Synodi, aut
 Concilii provincialis rationem non habeat,
 nec ullum jus per hunc conventum acqui-
 ratur, aut ulli ex præsentibus circa se-
 dendi ordinem præjudicium inde nascatur.*
 Porro congregati Concilium Tridenti-
 num promulgari, atque ad effectum de-
 duci petebant: verum eorum precibus
 surdæ præbebantur aures: insuper ii-
 dem Scriptum quoddam porrigebant,
 in quo nonnullæ continebantur quere-
 læ, quas examinari postulabant, specia-
 tim vero suas rationes proferebant circa
 Rega-

Regalia, Judicum Ecclesiasticorum sententias, ac bonorum, privilegiorumque immunitatem, atque Ecclesiasticorum exemptionem a tributis &c. In eodem quoque Conventu prima vice sancitum fuerat, ut singulis quinquenniis Cleri Gallicani comitia in Parisiensi urbe mense Septembri celebrarentur, ad quæ unus, vel duo ex qualibet Provincia deputati concurrant: insuper habito tamen hoc statuto nonnisi ante annum Domini millesimum quingentesimum septuagesimum nonum haud alius ejusmodi Conventus fuit habitus. De cetero Clerici ex suis bonis in tali conventu semper Regi pendere coguntur pecuniarum subsidia, quæ ipsi in Posiensi Conventu circa Annum Christi millesimum quingentesimum sexagesimum primum fuere concessa.

Postea Clerus sponderat, quod per sex annos, quorum computus a prima Januarii die Anni post Christum natum millesimi quingentesimi sexagesimi primi inchoaretur, quotannis decies sexies centena librarum millia Galliarum Regi pendere velit, ita, ut hoc tributum nonnisi postrema Decembris die anni Salutis nostræ millesimi quingentesimi sexagesimi septimi cessaret: porro hujus doni scopus eo collimabat, ut Regiæ Majestatis prædia Parisiensis

urbis

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Sæcul. XVI. A.C. 1567. urbis prætorio oppignorata relueretur, concepta spe, quod omnia hæc bona per istam pecuniæ summam intra decennii spatium ab ære alieno liberari atque exonerari possent, Verum eodem adhuc anno Clerus die vigesima secunda Novembris alia pacta inibat cum Syndicis, ac Deputatis generalibus, qui non tantum hac dignitate insignes, sed etiam a pluribus Regni Prælati ex una, atque ex altera parte a Mercatorum Præfectis, urbisque Parisinæ Consulibus agendi facultate instructi aderant, ubi Clerici sese obstringebant, quod ad exoneranda Regis debita prædictis Mercatorum Præfectis, ac Consulibus sexies centena, & triginta librarum millia quotannis pendere velint, quæ summa daretur loco æqualis census, quem Regia sua Majestas ex suis prædiis Parisinæ urbi assignaverat, ea tamen lege, ut præfatum censum intra decennium per septem Miliones sexaginta millia quinquaginta sex libras redimere integrum sit. Verum circa hoc pactum graves inter Clerum, & urbem exoriebantur contentiones, quæ nunquam decise fuerunt: quinimo in generalibus comitiis Meloduni celebratis Clerici præfatum pactum Mense Novembri Anno post Christum natum millesimo quingentis

gentesimo sexagesimo septimo initum reprobabant, atque adversus alterum pactum Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo nono die decima quinta Octobris sancitum reclamabant: præterea se omnibus aliis ejusmodi pactis, quæ Cleri nomine cum Mercatorum Præfectis, & Parisinæ urbis Consulibus, tam in ipsius comitiis Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, quam postea celebratis inita erant, sese opponebant, nam vi horum pactorum præfati Mercatorum Præfecti, ac Consules contendebant, obstrictum esse Clerum, ut eis ex duodecies centies, ac duobus librarum millibus vigesimam partem census nomine penderent. Ceterum hujus repugantiæ, atque oppositionis acta prædictis Mercatorum Præfectis, ac Parisiensis Prætorii Ministris die undecima Decembris Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo nono fuere significata.

§. CXI.

Calvinistæ per Belsiam ad Aurelianensem Urbem delati.

Interea Condæi exercitus in dies numero crescebat, ideo Princeps recta Parisios contendere statuit, ut Regios ad ineundam pacem compelleret: cum vero

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

*La Popelin.
hist. de Franc.
l. 13.
Thu. l. 42.*

Sæcul. XVI. vero fluviorum transitum sibi ab Henrico Andegavenſi Duce præpediendum probe proſpiceret, ideo illis in loco, unde ſcaturire cœperant, trajectis Antiffiodorum verſus iter ſuum inſtituit: porro huic urbi præerat Bordius civibus oppido exoſus, hinc Princeps illum Præfectura ſua exiit, eique Guerchyum ſubrogavit. His peractis fœderatorum copiæ in tranſitu Crevantium exiguum oppidum deprædantur, atque Irancium factò impetu occupant, cunctisque incendio, ac ferro vaſtatis de civibus ultionem capiunt, eoquod Equitum vexilliferum Condæi Principis occiſiſſent: poſtquam vero iidem Igonnæ oppido proxime acceſſerant, Blenæum, Caſtellionem, & Montargium proceſſerunt, ubi ruruſus Loniam amnem eorum exercitus tranſit, ſuaſque copias latius uſque in Beſſiam extendit, unde Condæus Aureliam petiturus erat, ut præter ſuppetias, quæ ex Septimania, & Aquitania illuc convenerant, tormenta ſimul, & bellicum apparatus acciperet.

Martinengus Comes, qui ibidem caſtra metabatur, mox cum ſuis primo Bogentiacum, unde ab hoſtibus fuit expulſus, tandem Bleſas conceſſit: itaque fœderati Calviniftæ viribus reſectis aliquid præclarius audendum rati copias

pias suas contrahunt ad Blesensem urbem, cui se Richelius nupex cum suis incluserat. Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

§. CXII.

Blesensis urbs a Calvinistis capta.

Postea Vascones, & Provinciales compia primo impetu ceperunt Carnotensis portæ suburbia, ubi mox iuxta eam ruina octodecim passuum edita, ac Richelius urbem dedere iussus est: cum vero is id recusaret, missi sub noctem, qui eam propius contemplarentur, sed animadverso facilem quidem extrorsum accessum, sed introrsum descendentibus difficultatem subesse, translata sunt tormenta ad eam portam, quæ Turo-nes respicit, ibique edita spatiosiore, quam antea, ruina, Richelius colloquium poscit, & post longas altercationes re ultro, citroque disceptata, tandem convenit, ut urbs tradita a præda immunis esset, & præsidarii vita salva cum armis, & impedimentis dimitterentur: nihilominus violata patrum fide plurium ædes a Calvinistis spoliabantur, quamvis Belliduces promissas condiciones adimplere adlaborarent, verum difficile erat lascivientem militem cohibere, præcipue cum in hoc hæreticorum exercitu militaris disciplina penitus soluta esset, nec inte-
Hist. Eccles. Tom. XLVIII. O gra

Sæcul. XVI. gra imperii auctoritas penes Belliduces
 A.C. 1567. remaneret.

§. CXIII.

*Carnutum a Principe Condæo Bel-
 siam delato obsessum.*

*Mem. de Ca-
 stell. l. 6. c.
 91.
 Ths. l. 42.*

Capta hac urbe foederati Calvinistæ
 procedunt Richardi-montem, quod
 est oppidum ad Carim juxta Cenonce-
 las situm: cui dum vim facere cogi-
 tant, a Condæo Principe, qui in Bel-
 siam Carnutum obsessurus descenderat,
 revocati protinus discedunt, ut cum eo
 se conjungerent.

Prodito hoc consilio mox Joannes
 Lignerius Eques, ac magni nominis
 Dux cum quinque peditum signis, &
 duabus Equitum alis, quas Carnius, &
 Rancius ducebant, Carnutum a Rege
 mittebatur, qui etiam a civibus in ur-
 bem receptus est quinto circiter die,
 priusquam hostiles copiæ adventassent.
 Paulopost Ardelesius pariter cum suis
 copiis urbem ingrediebatur, die autem
 vigesima tertia Februarii, necnon alte-
 ra die Condæus Princeps itinere nun-
 quam interrupto, confectisque viginti
 leucis regios milites inopina vi obru-
 turus Carnutum venit, illudque cinxit
 primo equidem suburbia, necnon do-
 mos fossis vicinas occupabat; eas enim
 cives hostium adventu, metuque præ-
 pediti

pediti haud amplius diruere, aut comburere poterant, nihilominus Franciscanorum, & Sancti Joannis cœnobia, quæ extra urbem erant, tempestive incendebant: hostes tamen quoddam munimentum capiunt, illudque milite firman, quod obsessis permoleste accidit: sed damnum hoc mox sive astu, sive virtute Foliati strenui Ordinum ductoris compensatum est: is quippe cum sexaginta circiter delectis, qui vexilla Protestantium insignibus similia gestabant, per Drocensem portam egressus ad exteriorem fossæ oram erupit, & ad munitionem non animadverso a defensoribus dolo pervenit, ubi improviso impetu ignaros adortus locum recepit, iisque repulsis ibidem substitit.

§. CXIV.

Lignerii sedulitas in tuenda urbe.

Nec interim Lignerius otiosus steterat, sed civium Primores convocans, eos hortatus est, ut Regi suo fideles inter se concordiam servarent, insuper arma capeffere, ac laboribus magis arduis vacare eis persuadet, imbecilles vero eo inducit, ut ceteris opem suis facultatibus subministrarent. Postmodum loca minus munita largis, validisque fossis firmari, ac propugnaculum ante Drocensem portam erigi jubet,

O 2

bet,

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

Thuan. l. 42.

Sæcul. XVI. bet, ejusque jussu sex molatrinæ ver-
A.C. 1567. fatiles in urbe fabricatæ sunt, quæ flu-
 vio forte ab hostibus averso aliarum vi-
 cem supplerent: nec sane hæc sollicitu-
 do frustranea fuit: quippe Princeps ex
 alia parte urbem quater aggrediens,
 ostium, ex quo Dura flumen in urbem
 Carnutensem sese exonerat, obtinuit
 jussit, ut molatrinæ aquatiles omnino
 inutiles redderet: huic quoque conatui
 optatus adlusit successus, flumen enim
 in antiquum suum alveum feliciter de-
 rivabatur: interim crebræ ab obsessis
 eruptiones fiebant, modo per S. Michaelis,
 & modo per S. Joannis portas, ca-
 ptis etiam duobus Vicecomitum signis,
 quæ mox in majori urbis templo suspen-
 sa sunt, eodemque tempore Lignerius
 ad omnes casus intentus, aggerem in-
 ter Drocensem portam, & Dominica-
 norum ædes excitabat, eique quoddam
 belli tormentum imponebat, quod a
 Protestantibus olim tempore pugne
 Drocensis defossum, ac postea captum
 fuerat, indeque Hugonotta dictum, nunc
 vero a Catholicis erectum, ut porrectis
 ictibus oppugnantes a ruinæ accessu
 prohiberet.

Nec minus Condæus Princeps omni-
 bus eventibus prospicere sollicitus, ac-
 cepto nuntio, quod Joannes Nogaretus
 Valeta sub Nemorsio Duce Legatus cum
 octo-

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

octodecim equitum Gallorum, & delectis Italarum alis jam Udencum venisset, ut obsessis laborantibus præsto esset, & pabulatores prohiberet, ac com meatum interciperet, Colinium maris Præfectum eo mittit, attributis Antonio Valdræo Mojo, & aliis ducibus cum octo equitum Gallorum, & sex Germanorum alis, quæ ter mille quingentos viros efficiebant: igitur Architalassus Udencum vi ingressus Italos aliquot obvios habuit, cum jam Valeta vasis conclamatis impedimenta ad discessum urget: ubi plerique occisi, alii capti, & quatuor vexilla capta sunt, atque impedimenta, & equi in fœderatorum potestatem venere, qui mox inde nusquam intermisso itinere cum præda opima in castra ad suos reversi sunt. Valeta ex tumultu collectis quingentis equitibus crebro ad insequentium incursionem frontem obvertens nusquam solutis ordinibus periculo summa cum sua laude se eripuit, & ad Andegavensem Ducem, qui adversa ex parte castra habebat, se recepit.

§. CXV.

*Calvinistarum progressus in Piſtavia,
& Aquitania.*

In aliis quoque Provinciis Calvinistarum copiarum magnos fecere progressus; *Thu. l. c.*

O 3

quippe

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

quippe in Pictavia Luffonum urbem Bocellus, & Silvagius vi occupant, Templumque, & circumpositas porticus per-rumpunt, obviis quibusque jugulatis.

Postea Maranensis arcis Præfectura Silvagio commissa, eademque die Ludensis Comes ad Nerminix oppidum contendit, copiasque per vicina præsidia Fontenaji, Niortii, Mareolii, Luffoni, & ad Herminix fanum distribuit, qui milites oblata belli gerendi occasione nullum non genus sævitix, ac libidinis in rusticam plebem soluta militari disciplina exercebant.

Præterea Leberus Retensem urbem cepit, ubi omnes præsidiarios ibidem re-
ptos crudeliter jugulavit: qua sævitia terri-
ti Insulani ceteras munitiones deserunt,
& navigia obvia nacti tumultuarie in-
de Rupellam abeunt: porro illi, qui
Vicecomites appellabantur, nimirum
Burniquetus, Monclarius, Paulinus,
Serignanus, Calvimontius, Rapius,
& Montacutus suas copias ex Aquita-
nia contra Condæi Principis castra du-
cebant, ubi Santeranum in Alvernix
finibus prope Cornacum offendunt, cæ-
duntque: ast victoribus noctu Cornacum
redeuntibus, instauratoque prælio Pon-
tenacus occisus, ejusque corpus in
Changianam arcem delatum, ibique se-
pultum fuit, quamvis illud postea a re-
gio

gio milite effossum, ac diu ludibrio expositum tandem immaniter discerptum est.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. CXVI.

Pacis conditiones a Regina Fœderatis propositæ.

Cum hujus belli eventus utrinque admodum incerti essent, atque aliunde merito timendum, ne Calvinistæ Carnuto occupato insolentiores fierent, hinc rursus pacis negotium repetitum est, ac præprimis Regina easdem, quas jam olim proposuerat, pacis conditiones Condæo Principi offerebat. Hic quoque cum obsessam Carnutensem urbem occupare præter opinionem suam desperaret, ac Germaniæ copiis stipendia numerandi tempus instare cognosceret, ad pacis consilia multum inclinare videbatur: rebus igitur utrinque ita dispositis, Rex die vigesima septima Februarii demandatæ facultatis diplomata expediri jussit, ut Longi-Gemelli conventus haberetur, cui Regis nomine Armandus Gontaldus Biron castrorum Præfectus, Henricus Memmius, & Malassius libellorum supplicum Magister interessent: pro Calvinistis vero Castillionæus olim Cardinalis, Rupifocaldius Comes, & Buchavannius convenirent. Diu fatis utrinque acriter disceptatum,

Thu. l. 41.
Mem. de Castell. l. 6. c. 11.
Dupleix hist. de France t. 3. p. 732.

Sæcul. XVI nihilque fuisset conclusum, nisi Angliæ
A. C. 1567. & Florentiæ Legati suam operam con-
 tulissent.

§. CXVII.

*Calvinistarum rationes pro ineunda
pace.*

*Thu. l. 6.
Daniel t. 6,
p. 400.*

Hisce concordiaë consiliis acriter se op-
 ponebat Colinius Architalassus ita
 differens: „probe prævideo, quod Rex
 pacem ideo duntaxat proponat, ut eos,
 quos armatos, & conjunctos vincere non
 poterat, armis depositis, & traditis op-
 pidis, quæ receptui serviebant, omni
 potentia exutos divideret, injuriamque
 nuper in tumultu Meldensi acceptam
 ad extremum ulcisceretur. Ast Condæus
 Princeps haud æquum, imo potius invi-
 diosum esse censebat oblatam recusare
 pacem, quam necessitas suadebat, eo quod
 jam dilapsæ essent pleræque Santonum,
 & Pictonum copiæ non petita a Condæo
 Principe venia, & plerique se idem factu-
 ros minitarentur, ita, ut metus esset, ne
 exemplo grassante cuncti agmine facto
 a signis discederent: ad hæc haud oc-
 culta murmura exaudiebantur, quibus
 hæc spargebantur: „armis sumptis id
 hæctenus quæsitum, ut pax habeatur:
 quam cum peti, seu dari a Regiis, cun-
 ctis constet, nil aliud superest, nisi ut
 funestissimo, ac damnosissimo bello finis
 im-

imponatur: deest enim militi stipendium, ac sæpissime annona: insuper nobilitas procul a domo cum fummis, nec tolerandis incommoditatibus conflictatur, & exponuntur inimicorum ludibrio eorum familiæ, quarum desiderium ferre, aut periculum diutius negligere non possunt.

§. CXVIII.

Pax conclusa inter Regem, & Calvinistas.

Jam a die quarta Martii firmandæ paci strenue insudabatur, ac illi, qui a Condæo Principe erant missi, Regiis Oratoribus sua postulata communicabant, juxta quæ post varias oppositiones tandem pax his conditionibus firmata est. I. edictum pacis die septima Martii Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo promulgatum, cujus alibi meminimus, tam exacte quoad singulos articulos in opus deduceretur, ut exceptionibus, interpretationibus, ac declarationibus omnino sublatis, ac revocatis plenum, & integrum maneat, II. Regia sua Majestas, quantum opus erit, hæc interpretationes. &c. tollat, atque aboleat III. Rex plenam præteritorum oblivionem Condæo Principi, Archita-lasso, cunctisque, qui in nuperis tumultibus eorum partes sequebantur, con-

Sæcul. XVI.
A.C. 1568.

Thu. & Duplex l. c.
Mezeray abrégé chron.
tom. 5. p. 765.

Sæcul. XVI.
A. C. 1568.

cedat. IV. Præfatum Principem, tanquam carissimum suum Agnatum, ceteros vero veluti fideles suos servos, ac subditos habeat. V. Urbes captæ Regis imperio remittantur. VI. Denique exterorum Principum copiæ dimittantur. Ceterum hæc pax passim vocabatur *pax infida*, eoquod Longi-Gemelli præcipiti prorsus consilio, & quidem eo tempore conclusa esset, quo res omnino desperatæ credebantur: alii vero eandem appellabant pacem *claudicantem*, seu *male-natam*, aut Gallice *mal-assise*; alludebant enim ad Bironium *claudicantem*, necnon ad Memmium, qui cognominabatur *Malassius*: nihilominus hæc pax die vigesima septima Martii edicto publico in Parisiensi Senatu fuit confirmata, ac die trigesima ejusdem Mensis in castris Condæi Principis promulgata prope Carnutum, cujus obfidione mox soluta Germanorum copiæ dimittebantur, quæ per Lotharingiam unacum Casimiro Principe in patriam suam reversæ sunt, eis tamen prius Rex ex ærario suo æs militare solvere cogebatur, quam in rem a Venetorum Republica centies mille, a Duce autem Florentiæ octoginta aureorum millia mutua accipere compulsus fuit.

§. CXIX.

*Germani milites soluta Carnutensi ob-
sidione in patriam reversi.*

Ceterum in Carnutensi obsidione ex *Thu. l. c.*
obsessis nonnisi ducenti fuere desi-
derati, atque ex his præcipue Calvimon-
tius, seu Caumonius Lignerii Legatus, qui
in ædibus Fratrum Prædicatorum sepul-
tus est unacum Ardeleo decem Vasco-
nicorum signorum Ductore, qui cum
ad muri ruinam excubaret, ictu sclo-
peti occubuit: porro hunc in Ecclesia
Cathedrali terræ mandari recusabant
Canonici, regia tamen auctoritate de-
cretum, ut in hoc templo sepeliretur:
verum Canonici, ut loci religionem tue-
rentur, noctu demortui cadaver in
templum vicinum transtulerunt.

Nec multo major occisorum nume-
rus erat ex fœderatis urbem obsidenti-
bus; quippe nonnisi trecenti circiter
partim Germani, partim Galli perie-
runt: mox vero Casimirus, qui Ger-
manæ Nationis milites duxerat, Hei-
delbergam ad Electorem patrem suum
profectus est, ubi Guilielmus Nassovius
Arausionensis Princeps Belgio pridem
relictæ auxilia contra Albani conatus pro
religionis defensione, ut ajebat, peti-
turus eum opperiebatur.

Postea

Sæcul. XVI
A.C. 1568.

Postea a Fœderatis Calvinistis Regi omnes urbes in hoc bello a tempore quo Meldis eundem aggredi tentabant, captæ restituebantur, eæque erant Augusta Sueffionum, Antissiodorum, Aurelianum, Blæfæ, & charitæum oppidum: verum Rupellenses, Sacro-Cæfarei, Montaldenses, Millaldenses, Cadurcenses, Albigenfes, Castro-Albigenfes, & Viceliacenses in Burgundia Regi obtemperare renuebant, ex quarum pertinacia novum suscitabatur bellum, quod sexto post anno in apertas erupit flammæ: interea vero Princeps Condæus, atque Archithalassus dimissis copiis suis, cum Regi sese committere non auderent, secesserunt, & quidem maris Præfectus ad ditionem suam Castellionum ad Ligerim, Condæus vero Nucetum in Antissiodorensi Provincia situm abiit, ubi ambo cum factionis suæ sociis frequens habebant colloquium, spe concepta, se brevi rursus ad arma convolatueros, quamprimum opportuna sese offerrat occasio.

§. CXX.

Calvinistarum querelæ contra Franciæ Regem.

Thu. l. 44.
in fine.

Enimvero Calvinistæ paulopost querendi obtentus undique quærebant; postquam enim Rex urbes sibi redditas præ-

præfidiis munierat, mox Protestan-
 tes hæc obtendebant. I. Ideo civi-
 tates milite præfidiario firmantur, ut
 Rex nos armis depositis eo facilius
 opprimere possit. II. Nobis haud in-
 cognitum est, quod Rex ad Triden-
 tinam Synodum recipiendam, nec-
 non per Gallias promulgandam; a sum-
 mo Pontifice fuerit sollicitatus, quam-
 vis hoc Concilium præter solam Re-
 ligionem Catholico-Romanam nullius
 alterius sectæ profitendæ libertatem
 concedat. III. Idem Pontifex Regem
 ad fœdus contra nos ineundum ur-
 get. IV. Ipsemet Rex ad ejusmodi
 armorum societatem satis propensum se
 ostendit, animatus fœdere secreto Ba-
 jonæ cum Hispaniæ Regis Oratoribus
 inito, vi cujus etiam Galliarum Regi
 in nupero Bello suppetiæ fuerunt latae.
 V. Parisiensis Curia consentiente Rege,
 ejusque Senatu ideo edicti confirmatio-
 nem retardat, ut in reformatores tån-
 quam rebelles judicii acta instruendi
 spatium nanciscatur, abs dubio eo fi-
 ne, ut illos eadem severitate castigare
 posset, qua utebatur in Rapinum
 unum ex Nobilibus Condæi Principis
 Domesticum, qui Tolosani Senatus jus-
 su capite plexus est, quamvis ab ipso
 Rege ad urgendum nuperum edictum
 Tolosam ablegatus fuisset. VI. Pluri-
 bus

Sæcul. XVI.

A.C. 1568.

*Dupleix hist
 de France
 tom. 3. p. 734.*

Sæcul. XVI
A.C. 1568.

bus in locis cœtus agendi libertas præpeditur. VII. Scriptum fuit ad Sannæterranum Alvernæ Governatorem, quod ea mens Regis sit, ut arces, prædia, ac conditiones Reginæ Matris suæ, necnon Fratrum suorum, ac Montpenserii Ducis ab hac conditione exclusæ censeantur. VIII. Denique a die promulgata pacis quamplurimi Protestantes Antiochidori, Aureliæ, Biturigibus, ac Bleis trucidati fuere, quin tamen in homicidas ultio fuisset sumpta.

§. CXXI.

Regis querelæ adversus Calvinistas.

Dupleix p.
735.

Ex adverso Galliarum Rex longe validiores, magisque æquas querendæ causas adversus horum rebellium petulantiam habebat, ac præcipue eisdem hæc exprobrabat. I. Rupellam, Montalbanum, & Sancerras non modo restituere recusant, sed etiam munimentis firmant, ut rebellionis suæ propugnacula erigentes sese supremæ Regis auctoritati opponere valeant. II. Rupellenses Jarnacium Comitem, quamvis Religione Calvinistam, qui ibidem dudum urbis Præfectum agebat, tanquam Governatorem admittere recusarunt, eademque audacia Vetus-Villam Marecallum rejecerunt, licet ille cum plena agendi potestate eo decretus fuisset.

fuiſſet. Porro ſeditioſum hoc Rupellen-
ſium exemplum ſecutæ ſunt aliæ urbes.

Sæcul. XVI.

A. C. 1568.

IV. Naves privata auctoritate conſtrui,
clafſemque inſtrui jufferunt abſque ulla
Principis ſui conſeſſione. V. tributa re-
gio ærario pendere recuſant. VI. De-
nique non modo rebelles ſunt, ſed etiam
rebellionis Auctores, fautoresque: in-
ſuper Rex hæc addebat: „etſi uſque
„adeo memet demittere vellem, ut cum
„eis tanquam æqualibus agerem, nec
„tamen propterea mihi prohibitum erit,
„cum Rege Catholico Socero meo fœ-
„dus inire, quia & ipſi abſque omni
„permiſſu cum Aureliæ Principe, ac
„Belgii rebellibus ſocietatem inierunt,
„illisque pecuniarum, ac militum ſup-
„petias miſerunt, ut eaſdem viciffim ab
„eis reciperent, ſi illis forte indigerent:
„quod vero ex urbibus meis quasdam
„præſidiariis munierim, id unice a me
„factum, ut ſeditioſos in officio conti-
„neam, non autem ut meos opprimam
„ſubditos: Tolofanus ecquidem Sena-
„tus Rapinum extremo ſupplicio affe-
„cit, ſed hoc ideo factum, quia ejuſ-
„modi pœnam depoſcebant enormia ejus
„ſcelera, quæ in Occidania perpetrabat,
„quinimo ego ipſemet hujus ſententiæ
„executionem, quamvis re ipſa omnino
„æquiſſima fuerit, mihi tamen nulla-
„tenus probari oſtendi: de cetero quam-
„vis

„vis

Sæcul. XVI. „vis Pontifex sacram unionem inter
 A C. 1568. „Principes Christianos stabilire ad labo-
 „ret, ego tamen huic fœderi neque
 „quam nomen dedi, cum potius alia
 „quacunq; demum via, quam armo-
 „rum ope meos subditos ad finem Ec-
 „clesiæ Catholicæ revocare desiderem, ac
 „propterea, ut Calvinistis omnem suspi-
 „stræ ejusmodi suspicionis umbram tol-
 „lerem, hucusque Tridentinæ Synodi
 „promulgationem semper distuli: De-
 „nique quod cædes Ambiani, Rotho-
 „magi, atque aliis in locis perpetra-
 „tas attinet, quamvis non nisi scelerati-
 „e medio fuerint sublatis, ego tamen
 „ejusmodi ausus reprobavi, hancque
 „in rem Deputatos nominavi, qui in-
 „crudelitates a Catholicis factas inquie-
 „rerent, reosque plecterent.

§. CXXII.

*Calvinistarum apparatus pro redin-
tegrando bello.*

Thu. l. 44. **E**x mutuis hisce querelis pacem mini-
 me esse firmam sat aperte colligeba-
 tur, quin imo ex hæreticorum motibus
 iniquus eorum animus de redintegrando
 bello conceptus manifeste deprehende-
 batur; quippe præprimis ad Angliæ Re-
 ginam, ac Protestantes Germaniæ Prin-
 cipes ablegabant, qui eorum opem im-
 plo-

plorarent, eosque ad tuendam refo-
 matam illorum sectam inducerent. Præ-
 figebatur quoque dies vigesima quarta
 Septembris, qua una omnes conveni-
 rent, suis vero tumultibus initium da-
 rent, cum omnes Catholicos urbe ex-
 pellerent.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1568.

Eo tempore Condæus Princeps age-
 bat Nuceti, quod erat quoddam in Bur-
 gundia castellum Franciscæ Aurelianæ,
 cui ante quatuor annos secundis nuptiis
 junctus erat: inde vero Regina Con-
 dæum vi expellere, ac hunc Principem,
 totamque ejus familiam inopino abduce-
 re meditabatur. Hanc in rem Tavan-
 nius Comes copias undique conscribere
 jubebatur, & cujusdam centuriæ Ve-
 xilifer, nomine Coqueretus, cum Nu-
 cetanæ fossæ altitudinem exploraret,
 comprehensus est: ubi re comperta
 Princeps datis ad omnes amicos suos
 literis eisdem de imminente periculo
 certiores fecit, illosque ad ferendam
 opem, sumendaque arma hortatus est,
 hancque in rem Carolum Telinium in
 aulam ablegavit, ut de Coquereto apud
 Regem quereretur, simulque rogaret,
 quatenus pacis edicta religiose a pro-
 vinciarum Præfectis, ac magistratibus
 servari mandaret.

Sæcul. XVI.

A.C. 1568.

§. CXXIII.

Hospitalio Cancellario invidia a Regina apud Regem conflata.

Thuan. l. 44.

Dupleix p.

Mezeray
abregé chro-
nol. tom. 5.

p. 175.

Hiscæ Condæi querelis Rex nonnihil commotus videbatur, cui etiam Hospitalius Cancellarius, ut illum plenius persuasum redderet, hæc exponebat: „ad Regni emolumentum omnino necessarium est, ut intra Galliarum fines pax conservetur, nec ullo pacto Protestantes violato edicto in eorum favorem promulgato ad novum bellum concitentur. Verum Regina turbidæ indolis fœmina prudentis hujus Cancellarii existimationem apud ipsum Regem labefactare cœpit: unde Hospitalius deinceps remissius excipiebatur, ipsusque se vilipendi haud obscure cognoverat, quapropter ad quamdam villam, quam in agro Stampensi habebat, secedere consultum censebat, cujus discessu Regina haud parum læta, ut illum magis adhuc ab aula, ac negotiorum administratione submoveret, ad eum Petrum Brulartum, qui Reginae a secretis erat, mittebat, ac regia sigilla reposcebat, quæ mox Joanni Morvillerio commissa sunt.

§. CXXIV.

De juramento a Protestantibus nuncupando.

Cum

Cum Catharina Franciæ Regina ne-
 minem in Senatu suis consiliis ob-
 luctantem amplius haberet, necessaria
 ad bellum Protestantibus inferendum
 parare cœpit: præprimis vero, ut con-
 cordia infringeretur, juramenti formu-
 lam, in quam omnes se Sacramento
 adigerent, ad provinciarum Præsides
 mittit: „porro ea hujusmodi erat, vi
 „cujus singuli testarentur coram Deo,
 „ac ipsius nomine jurarent, veneratu-
 „ros se Regem Carolum IX. pro suo
 „summo, ac legitimo Principe, & para-
 „tos extituros, ei omnem honorem,
 „obsequium, ac submissionem exhibere,
 „nec unquam arma, nisi expresso ipsius
 „mandato sumpturos, nec iis, qui ad-
 „versus ipsum ea sumpserint, consilio,
 „aut pecunia, aliave re fautores, nec
 „pecuniarum collationes sine jussu ipsius
 „cujuscunque demum occasionis ob-
 „tentu facturos, neque ullis se secretis
 „consiliis, aut fœderi obligaturos, nec
 „in ea consensuros, sed si quid eorum
 „ad ipsorum notitiam pervenerit, de
 „iis Regem, aut ipsius Præfectos bo-
 „na fide monituros: obtestari interim
 „se, quam dimisse possent, Regiam Ma-
 „jestatem, ut ingenita sua bonitate, ac
 „clementia utatur, seque pro suis fide-
 „libus, & obsequentissimis subditis, in
 „tutela sua habeat, vicissim se preces
 „ad

Sæcul. XVI.
 A.C. 1568.

Thu. l. 44.

n. 6.

*Hist. du pro-
 gres du Cal-
 visme l. 3.*

Sæcul. XVI.
A. C. 1568

„ad Deum indefinenter pro ipsius Re-
„gis, Matris Reginae, suorumque fra-
„trum salute, & securitate facturos.
„omni autem suppliciorum, ac poen-
„rum rigori se ultro subjecturos, si cul-
„pa sua quid turbatum in hac urbe,
„nomine urbis expresso, contigerit, ad
„cujus defensionem vitam, fortunasque
„omnes impensuri sint, ac veram item
„cum Catholicis, ac sinceram amicit-
„tiam conservaturi.

§. CXXV.

Rupellani huic juramento obfistentes.

Hæc formula præprimis ad Jarnacium
Comitem Rupellæ Governatorem
die trigesima prima fuit transmissa, ad-
dito mandato, ut Rupellanos ad hoc
Sacramentum adigeret, indeque notum
fieret, quoniam Regno bene affecti es-
sent: verum eorum potissimi se hoc ju-
rejurando obstringere recusabant, co-
piasque, quas Jarnacius Comes immit-
tere volebat, in urbem recipere renue-
bant: ex horum itaque pertinacia ini-
tium bello datum, quippe Rex cum va-
lido exercitu Vetus-Villam Marefcal-
lum ablegabat, dato negotio, ut Ru-
pellam ingrederetur, renuentibus au-
tem civibus rebelles ferro domaret:
cum autem incolæ Marefcallum recipere
detrectarent, hic vero aliunde mille

te, alioque apparatu ad inchoandam
 obsidionem necessario careret, ideo hæc
 expeditio non minus, ac priores, suo
 caruit exitu: verum Rex sinistro hoc
 successu magis exacerbatus suas copias,
 quas in Pictavia habebat, revocavit,
 Ligerim obsessurus, simulque Protestan-
 tes ab hujus fluminis transitu præpe-
 diturus, hinc sub idem tempus Tavan-
 nio præcepit, ut suas copias in Bur-
 gundiam duceret, Protestantium mo-
 limina exploraturus.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1568.

§. CXXVI.

*Condæus Princeps missa ad Regem
 sua Socru secedere paratus.*

Cum Condæus Princeps ex cunctis
 hisce machinationibus haud obscu-
 re colligeret, quod de eo unacum Ar-
 chithalasso in captivitatem redigendo
 consilia cuderentur, hinc de discessu
 cogitare cœpit, monito prius Colinio,
 qui Taulæum haud longe a Nuceto sese
 contulerat: antequam vero sese Prin-
 cepti itineri accingeret, Jacobetam Roha-
 nam Rotelini Marchionissam Socrum
 suam orabat, ut Regem suo nomine
 adeat, eumque obtestetur, quatenus
 promissionum suarum & jurejurando,
 & edicto publico firmatarum jura vio-
 lari non sinat, neque permittat, ut pu-
 blicæ quietis hostes ipsius nomine; &

Thu. l. 6.
 Mem. de Ca-
 stell. l. 7. c. 1.

Sæcul. XVI. auctoritate ad pernicioſa conſilia ſu
A.C. 1568. exequenda abutantur. Verum vix Ro
 hana Marchioniffa diſceſſerat, cum re
 petitis nuntiis moneretur Condæus Prin
 ceps, ut prompte ſecuritati ſuæ proſpi
 ceret.

§. CXXVII.

*Libellus ſupplex Regi a Condæo por
 rectus.*

*Thu. p. 547.
 edit. Genev.
 an. 1626.*

Recepto hoc nuntio Condæus Princeps
 die vigesima ſecunda Septembris ad
 Regem literas dabat, quibus ſe indignum
 haberi queſtus omnem turbarum cauſam
 in Carolum Cardinalem Lotharingum
 rejiciebat, regnumque tot tumultibus
 ob ipſum agitari cauſabatur: hiſſe
 ce etiam literis addidit libellum ſuppli
 cem, in quo non ſine internæ indigna
 tionis ſuæ ſenſu, ac non raro acribus
 omnino verbis cunctas repetebat que
 ſas, quas tam ipſe, quam ſuæ factionis
 focii ſæpius ingeminabant contra agen
 di rationem, qua hucusque Proteſtan
 tes habiti fuiſſent.

Transmiſſa igitur hac epiſtola unacum
 libello ſupplici Princeps, & Coli
 nius unacum ſua familia prompte
 Rupellam ſecedere conſultum ducebant,
 ibidemque prior die decima octava Octo
 bris advenerat, paulo poſt autem in ea
 dem urbe Joannam Albretam Navarræ
 Re-

Reginam cum valido milite adventan-
tem excepit, ubi etiam firmiter statu-
tum, Cardinalem Lotharingium, omnes-
que eidem faventes, seu potius omnes
Catholicos nulla mora armis esse inva-
dendos.

Ad primum hujus nuntii rumorem
Castillionæus olim Cardinalis, nunc ve-
ro Calvinī sectæ studiosissimus in An-
gliam secessit, ut eo expeditius suæ fa-
ctionis fautoribus opem ferre posset:
Andelotus autem ejusdem Frater nu-
merosas copias contraxit, ut Protestan-
tium exercitum, qui intra exiguum tem-
poris spatium maxime excreverat, ad-
huc magis augetet, ubi postea cum co-
piis suis trajecta Lygeri amne Archi-
thalassi Colinii fratris sui exercitui in Pi-
ctavia sese junxit, atque ambo simul
Niortum petentes hanc urbem deditio-
ne ceperunt, quibus peractis Maynium,
Fonteniacum, Sancti Maxentii oppi-
dum, ac potissimam Pictaviæ partem
suis armis subjecerunt, ac demum cum
suo exercitu Engolismam occuparunt,
inde vero ad Santones progressi Pon-
tium, Angeriacum, Blajam, pluresque
alias civitates in diversis Provinciis sub-
egerunt: nihilominus quandoque Cal-
vinistæ fuere profligati, ac in variis cer-
taminibus plures, eosque strenuos Bel-
lidoce, ac longa militia efferatos mi-
lites

Sæcul. XVI
A.C. 1568

lites amiferunt, quamvis eorum victoriæ longe illatam cladem superarent, unde etiam eorum factio indies numero & potentia augebatur.

§. CXXVIII.

Regis edictum contra Protestantes.

*Thu. l. c.
Recueil de ce
qui s'est fait
contre les
Protestants
par le Fevre
p. 22.*

Ad prima hujus belli auspicia Andegavenſi Duci regii exercitus imperium deferabatur; poſtea vero Rex diploma per provincias transmittendum curaverat, quo omnes Proteſtantes æque, ac alios ſuæ ditionis populos in ſuam tutelam recipiebat, ſi tantum ſedomi pacatos continerent, facultate eis facta de injuriis expoſtulandi, ad quas ut ex æquo, & bono remedia expedirentur, Præſidibus enixe, ac ſpecioſe mandabatur, ſed cum Regina Mater, ac Lotharingius Cardinalis viderent nobilitatem, ac ceteros, qui arma ferre conſueſſent, nihil illo reſcripto permoveri, & cum verba ſibi dari, imo hac ipſa declaratione ſibi inſidias ſtrui crederent, aliunde vero Proteſtantium exercitus univerſum ferme regnum ſeditioſis armis involveret, hinc Regina æque, ac Cardinalis Regi authores expoſtulare, ut edictum adhuc ſeverius promulgaret, quo omnibus, cujuſcunque conditionis ſint, per univerſum regnum alius, præterquam Catholicæ, ac Romanæ

manæ Religionis, quam Majores ejus coluerint, & nunc ipse colat, utus, statuta capitis, fortunarumque pœna interdicebatur, simulque decernebatur, ut omnes illius sectæ ministri intra quindecim dies ab edicti illius promulgatione omnibus Regni finibus excedant.

Sæcul. XVI.
A. C. 1568.

Hoc edictum fuit promulgatum exeunte Mense septembri: cum autem eodem Protestantes tanquam specioso omnes urbes, ut supra meminimus, occupandi prætextu abuterentur, hanc illud communi omnium consensu ab Aulicis non fuit receptum; plures enim inter Regni Proceres, quamvis ceteroquin antiquæ Religionis addictissimi remedium magis moderatum adhiberi exoptabant, quos inter præcipui erant Borbonius Cardinalis, Montmorentii Marefcalli, Hospitalius Cancellarius, pluresque alii, qui tum passim *Politici* nuncupari cœperant, quod invidiosum nomen ipsis Regina imposuerat, cum a pluribus pro hæreticorum fautoribus haberentur.

§. CXXIX.

Aliud edictum contra eos circa Magistratus.

Nihilominus Rex tertium adhuc addidit edictum, quo præcipiebatur, ut omnes Religionem reformatam profiten-

Thuan. l. 44.
Dupleix t. 3.
pag. 740.

P 5

fiten-

Sæcul. XVI. fitentes dignitate, Magistratibus, ac
A C. 1568. muneribus publicis se abdicarent, ea-
 que Regi cederent. Porro tria hæc e-
 dicta in regio Senatu perlecta cum tan-
 to Religionis fervore, omniumque ju-
 bilo fuere confirmata, perinde acsi post
 diuturnas funesti, ac perniciosi belli ca-
 lamitates proxima certæ pacis, & sum-
 mæ tranquillitatis spes affulgeret: in-
 super Parisiensis Curia hæc edicta ad ta-
 bulas referens subjunxit, ut illi, qui
 ad Magistratus, ac munera publica dein-
 ceptis admitterentur, quod nunquam
 antea factum fuerat, jurarent, in Re-
 ligione Catholica, Apostolica, Romana
 se victuros, ac morituros, & si quidem
 ab ea deficerent, permissuros se, ut
 dignitate omni, ac Magistratu tanquam
 indigni privarentur.

§. CXXX.

*Andegavensis Dux ad Regis exerci-
 tum delatus, & Pamproliana
 pugna.*

*Thuan. l. c.
 La Popel.
 l. 15.*

Paulopost experimento comprobatum,
 quod hæc edicta plurimos effectus
 Regi admodum funestos productura
 essent, quorum progressibus, ut tandem,
 si fieri posset, obex opponeretur, An-
 degavensis Dux cum exercitu plusquam
 sexdecim armatorum millibus valido,
 ne quidem computatis Helvetiis una-
 cum

cum Nemorsio Duce in Pictaviam con- Sæcul. XVI.
tendebat, ut sese Regiis copiis aggre- A. 1568.
garet.

Jamjam pugna Pamprolii quinque
infra Pictaviam leucis initur, non sine
magno regii exercitus damno; alte-
rum tamen certamen Regiis feliciter
cessit Jafenolii, ubi adhuc Pictavium
tuto se recipere poterant, ut inde va-
riis ex locis excursiones facere, aut di-
versa emittere possent agmina, quæ ul-
teriores Calvinistarum progressus siste-
rent.

§. CXXXI.

Navarræ Regina ab Elisabetha pecunias expetens.

Sub idem tempus Navarræ Regina,
quæ unacum filio suo Rupellæ sem- Thuan. l. 44.
per hærebat, unice intenta erat, ut ad Cambden in
sustinendas belli expensas suis Prote- annal. Regni
stantibus pecunias subministraret, hinc Elisabeth.
ejusmodi subsidia ab Elisabetha An- hoc ann.
glizæ Regina emendicare non dubitabat,
cumque Castillionæus quondam Cardi-
nalis, qui nuper, ut memoravimus, Re-
ginam Protestantibus propitiam red-
dendi studio in hoc Regnum secesserat,
plurimum apud Elisabetham gratia va-
leret, haud difficulter ad Navarræ Re-
ginæ vota ingentem pecuniarum sum-
mam;

Sæcul. XVI. mam, belli tormenta, ac militum sup-
 A.C. 1568. petias obtinuit.

§. CXXXII.

Gallarum Rex a pluribus Principibus auxilia petens.

Thuan, l. c. Pariter Galliarum Rex ad prosequendum bellum undique pecunias conquirere satagebat, ac jam dudum Romanam ablegabat Baptistam Alamannum Matisconis Episcopum, & post eum Hannibalem Oricellarium etiam ad Senatum Venetum, necnon ad Ferrariæ, Mantuæ, & Florentiæ Duces miserat, a quibus mutuam in hoc bellum pecuniam, & auxiliares copias petierat: insuper eodem tempore Antonium Fumæum Blandium libellorum supplicum Magistrum ad Cæsarem legaverat, ut de subditorum insolentia, qui rursus contra ipsum arma sumpsissent, quereretur, ut ipse auctoritatem suam interponeret, ne Condæo Principi supplicæ ex Germania sive pedestres, sive equestres subministrarentur. Hic Orator Viennæ decima sexta Octobris auditus a Sapientissimo Imperatore responsum hoc tulit; „doleo, quod Rex Christianissimus Condæi Principis, & Senatorum ipsius contumacia, & temeritate coactus fuerit contra ipsos arma capere, ut illos omnes Regno pellat, „&

„& unius tantum Catholicæ Religionis
 „in eo usum, ac professionem instauret;
 „quippe nihil magis cupio, & exopto,
 „quam concordiam, ac tranquillitatem
 „inter Principes servari, & a fundendo
 „Christiano sanguine abstineri, maxi-
 „meque exhorresco civiles motus, qui-
 „bus jam satis, superque infidelium ar-
 „mis attritæ Christianorum vires ma-
 „gis, ac magis profligantur: proinde
 „consultissimum mihi videtur, ut ra-
 „tiones ineantur, quibus Christiano
 „sanguini parcatur, & inter Regem
 „Christianissimum, ejusque subditos fir-
 „ma, ac sincera pax sanciat: alioqui
 „futurum, ut magnis incommoditati-
 „bus, ac molestiis se, Regnumque flo-
 „rentissimum involvat, sparsis jam non
 „solum per Germaniam, sed etiam per
 „Britanniam de ipso, ac potioribus con-
 „siliariis, sermonibus, ut dubitari mi-
 „nime possit, non defuturos haud par-
 „væ conditionis Principes, qui non so-
 „lum favore, & quadam animorum in-
 „Principis Condæi partes propensione,
 „sed etiam pecunia, & milite propter
 „caussæ conjunctionem eum adjuturi
 „sint: quod vero Rex vester a me pe-
 „tat, ut delectus, qui pro Condæo Prin-
 „cipe per Germaniam habentur, im-
 „pediam, summas id patitur difficulta-
 „tes: nam si Superiore anno, cum belli
 „caussa

Sæcul. XVI.
 A.C. 1568.

Sæcul. XVI. „caussa æquior videretur, Rege aucto-
A.C. 1568. „ritatem suam, ac salutem contra re-
 „bellantes subditos vindicante, ac tu-
 „tante, hujusmodi delectus impediti,
 „quamvis adhibita summa diligentia
 „non potuerint, quid jam faciant, cum
 „longe alia belli causa, quam plerique
 „sibi communem cum Franciæ Calvi-
 „nisticis ejus subditis, & Imperii Prote-
 „stantibus statuunt, expressis verbis pro-
 „ponatur, ac publicetur? „

§. CXXXIII.

*Guilielmi Saxoniae Ducis responsum
 ad Franciæ Regis petitem.*

Thuan. l. c. **A**cepto hoc Cæsaris responso Fumæus
 Aldemburgum ad Joannem Guiliel-
 mum Saxonem, quo ille ob institutum
 Religionis colloquium venerat, con-
 tendit, a quo cum eadem, ac antea a
 Cæsare, auxilia ex fœdere peteret,
 die vigesima septima Decembris hoc re-
 sponsum tulit: „pariter doleo, quod bel-
 „lum nuper in Gallia compositum re-
 „cruduerit, eoque magis, quod altera
 „pars causam in Religionem, atque al-
 „tera in rebellionem rejiciat: sunt au-
 „tem expresso Dei mandato divina ab
 „humanis discernenda: ideo id fece-
 „runt Christianissimi Imperatores Con-
 „stantinus, Theodosius, Marcianus, Ju-
 „stinianus, Carolus Magnus, Ludovi-
 „cus

„cus Pius, & nostra ætate Fridericus, Sæcul. XVI.
 „Saxoniz Elector, meus piæ memoriæ A.C. 1568.
 „parens: itaque pie juxta, & pruden-
 „ter faceret Galliarum Rex, si propter
 „Religionem suis subditis periculum ex-
 „citari non patiatur; nam vera Religio
 „non caussa seditionum, sed potius ner-
 „vus omnis disciplinæ, & obedientiæ
 „est: ceterum Imperii Principes male
 „habebant illud pactum, quod de fœ-
 „dere inter Regem Hispaniarum, &
 „Pontificem contra Augustanæ Confes-
 „sionis Socios inito, passim evulgatum
 „est, cui & ipsum Carolum IX. pravis
 „consultoribus impulsum participare nu-
 „per accepi, cum tamen id Rex etiam,
 „atque etiam cordi habere deberet,
 „cui quantum salva Religione & con-
 „scientia fieri poterit, exemplo Majo-
 „rum meorum nunquam defuturus sum.

§. CXXXIV.

Neoburgum ab Aumalio Duce captum.

Cum interea Aumalius Dux Neobur- Thuan. l. c.
 gum, ac quasdam alias Germaniæ
 Urbes occuparet, Carolus Rupifacal-
 dius Barbesius Nucetum in Burgundia
 obsedit, illudque suis armis subjecit,
 pactis conditionibus, quæ tamen servatæ
 non fuerunt, sed violata fide in inco-
 las sævitum est.

§. CXXXV.

Sæcul. XVI.

A. C. 1568.

§. CXXXV.

Condæus Princeps instructa classe
mare infestum reddens.

Thuan. l. c.
Mezeray l. c.
pag. 183.

Ex adverso Condæus Princeps, ut
maritimis excursionibus hostes mo-
lestaret, validam classem instruxit, il-
liusque imperium detulit Turrio Por-
tali juniori fratri, qui ab Elisabetha
Angliæ Regina obtinuit, ut ejus aucto-
ritate tutus in Gallos, & Belgas tan-
quam in hostes belli jure uti posset, na-
vigiaque simul, & homines cum Car-
dinalis Castillionæi approbatione inter-
cepti, rite, ac legitime capti intellige-
rentur, & quæ inde, sive demum ex
venditione, sive ex lytro, pecunia
colligeretur, in belli, atque
adeo in causæ communis
sumptus impende-
retur.



HISTO-